CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE SCIENTIARVM AVSTRIACAE

VOL. LXXVI

QVINTI SEPTIMI FLORENTIS
TERTVLLIANI OPERA
PARS IV

AD MARTYRAS · AD SCAPVLAM · DE FVGA IN PERSECVTIONE · DE MONOGAMIA · DE VIRGINIBVS VELANDIS DE PALLIO

OPERA
AEMILII KROYMANN
VSVS

EDIDIT
VINCENTIVS BVLHART

DE PAENITENTIA

EDIDIT
PHILIPPVS BORLEFFS

VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLVII

QVINTI SEPTIMI FLORENTIS

TERTVLLIANI OPERA

PARS QVARTA

AD MARTYRAS
AD SCAPVLAM
DE FVGA IN PERSECVTIONE
DE MONOGAMIA
DE VIRGINIBVS VELANDIS
DE PALLIO

OPERA
AEMILII KROYMANN
VSVS

EDIDIT
VINCENTIVS BVLHART

DE PAENITENTIA

EDIDIT
PHILIPPVS BORLEFFS

VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLVII

OMNIA IVRA RESERVATA

VINDOBONAE
Ex universitatis Vindobonensis officina typographica
Adolphi Holzhausen Successorum

INDEX

Praefatio I: ad libros I—VI VII
Conspectus siglorum LVII
I. Ad martyras (*NFX, R, G, B*) 1
II. Ad Scapulam (*NFX, R, G, B*) 9
III. De fuga in persecutione (*NFX, R, G, B*) . . 17
IV. De monogamia (*NFX, R, G, Gel., C*) 44
V. De virginibus velandis (*NFX, R, G, B*) . . . 79
VI. De pallio (*NFX, S, R, G, B*) 104
Praefatio II: ad librum De paenitentia 129
Conspectus siglorum 138
VII. De paenitentia 140

PRAEFATIO I

I. DE HAC EDITIONE

Aemilio Kroymann priusquam hanc ultimam partem Tertulliani operum ederet mortuo Academia scientiarum Austriaca mihi satis invito munus editionis perficiendae iniunxit, cuius ille manuscriptum reliquerat. In quo legendo et examinando quo diutius elaboravi, eo clarius duae mihi res constiterunt, primum — id quod etiam ab aliis haudquaquam ignorabatur — Aemilium Kroymann quamvis sagacem et in emendando interdum haud infelicem tamen ingenio suo plus aequo indulsisse; deinde libris manuscriptis *NFX* multo magis esse fidendum quam ullus recentium editorum posse fidi putavit. Quare ex multis coniecturis, quibus Kroymann lectionem traditam delendo, supplendo, mutando, transponendo emendari oportere censuit, paucas tantum recepi, paucarum in apparatu critico mentionem feci, plurimas omnino neglexi, lectorem in apparatu critico, ubi difficultatem quandam sermoni inesse videram, ad huius praefationis caput III mittens, ubi similes locos congessi, quibus lectio a me recepta defenditur. Praeterea autem veterum quoque editorum permultis coniecturis spretis ad codicum fidem reverti; illi enim multis quidem locis verba Tertulliani in codicibus miserrime corrupta felicissime restituerunt, sed cum peculiarem et valde peculiarem huius auctoris usum loquendi parum cognitum haberent, necessario saepius ad coniecturas properandum esse crediderunt. Qua in re hoc aevum felicius est; praesto enim nobis sunt duo subsidia, quae illi nondum habuerunt, opuscula virorum doctorum, quibus de sermone Tertulliani agitur, ex quibus honoris causa nomino Henricum Hoppe, Einar Löfstedt, Gösta Thörnell, et Thesaurus linguae Latinae; quae instrumenta recentes editores parum adhibuisse

valde dolendum est. Quare in hac editione multo plus quam centum locis — non enim numeravi — alia leges atque in vulgato textu, sed veriora credo. Praeterea multis locis melius me sententias distinxisse confido.

II. DE CODICIBUS

Codices novos *NFX*, quorum photographa benignitati vv. dd. Dekkers, Gerlo, Thierry debeo, denuo contuli; quorum de meritis non est, cur multa verba faciam; multo enim meliores esse, quam quos editores usque ad Oehlerum habebant, satis notum est. Praestantissimus autem eorum est cod. *N*; saepe enim solus omnium veram lectionem servavit, imprimis ibi, ubi sermo audacior in ceteris ad normam usitatam mutatus est ut monog. 13, 3 *ascribentem Romanos*; quis enim credat usitatissimam locutionem *ad Romanos scribentem* corruptam esse in *ascribentem Romanos*? immo insolitum *ascribentem* corrigendum aliquis putavit in *scribentem ad*. Similiter fug. 1, 7 *nihil enim vacatur nisi timori* pro *nihil* ceteri habent *non*; sed *nihil* Tertullianus saepius pro *non* usurpat et *non* aperte coniectura et correctura est pro *nihil*. Item monog. 10, 8 *quam nosmetipsos quam et nostros* recte habet cod. *N* solus, *tam . . . quam* ceteri. Sed etiam talia ut monog. 8, 9 *regna caelorum* et scribis displicuerunt et editoribus, *regnum* praeferentibus, cum *regna* etiam idol. 9, 8 resurr. 27, 1 anim. 55, 3 et in eodem ipso de monogamia opusculo 7, 4 legatur. Haec pauca sufficiant ad fidem codicis huius probandam.

Neque tamen ei temere credendum est; interdum enim codd. *FX* verum retinuerunt illo aberrante, partim singuli, partim ambo contra illum stantes; sunt autem meri errores scribae, quos cod. *N* admittit, nusquam talia, qualia supra horum vitia attuli. Sic ex. gr. pall. 2, 5 *N* male *perget* pro *piget* codicum *FX* habet aut monog. 1, 3 cod. *X* solus *psychici* servavit pro variis corruptelis ceterorum aut pall. 2, 3 cod. *F* solus *Siciliam* pro *sic viam* codicum *NX*.

Ex his quoque apparet codici *N* maximam fidem habendam; quare eum etiam in verbis collocandis fere ubique secuti sumus, qua in re saepe a ceteris discrepat.

Codex autem Clementis Angli (*C*), quem Pamelius ad opusculum De monogamia adhibuit, mihi quidem secundi ordinis videtur; habet enim ex. gr. monog. 10, 8 *tam . . . quam*, de quo supra dixi, 2, 1 *sarcinam domini*, de quo videsis ad hunc locum, 10, 4 *ei vincta* pro *evincta*; sed laudandus est, quod aliquot lacunas — modo ne ex coniectura! — nobis supplet, ut 1,3 *agnitio*.

Praeterea tres editiones Beati Rhenani omnes contuli, non sine fructu; secunda enim (excussi editionem anni 1528) in Annotationibus singulis operibus Tertulliani adhaerentibus haud paucas emendationes habet, quae adhuc Gelenio aliisque tribuebantur.

III. DE SERMONE TERTULLIANI

In auctore tam difficili non solum utile, sed prorsus necessarium visum est quaedam, quae peculiaria sermonis eius sunt et lectori difficultates parere possunt, explicare; praeterea id egimus, ut similibus exemplis lectionis quam recepimus veritas comprobaretur. Quas adnotationes, ne apparatum criticum nimis onerarent et extenderent, in unum secundum singula genera locutionum in hoc capite congessimus, lectorem in apparatu critico ad numeros huius capitis mittentes.

Libros virorum doctorum, qui saepius afferuntur, his notis significavimus:

Hofmann = J. B. Hofmann, Lat. Syntax (numeri paragraphorum sunt editionis novae brevi prodituraе);
Hoppe = H. Hoppe, Syntax und Stil des Tertullian;
Löfstedt = Einar Löfstedt, Zur Sprache Tertullians;
Thes. = Thesaurus Linguae Latinae, quem vel ideo saepissime afferimus, ut eo uti discatur;

SB 131 = Sitzungsberichte der Österreichischen Akademie der Wissenschaften, phil.-hist. Kl., 1957, 231/5, numerus (non pagina) 131

De formis:

Substantivi:

1. dat. sing. in *-u*: pall. 5, 2 *incessu* FX. 3, 3 *circumspectu* X.

2. nom. acc. plur. in *-īs*: virg. vel. 1, 3 *haeresis* NFX (adv. Hermog. 1, 1 bis, praescr. 1, 1 et saepe; cf. *antithesis* adv. Marc. 2, 29, 1. 3. 4; *metamorphosis* adv. Valent. 12, 1); praescr. 22, 4 *clavis* A; fug. 2, 1 *omnis* NX (Scap. 2, 4 FX. 4, 1 X. 5, 1 X); fug. 9, 2 *immobiles* . . . *mobilis* F; virg. vel. 14, 3 *cogitantis* N; pall. 4, 10 *montis* NS; virg . vel. 11, 3 *principis* NF; pall. 4, 5 *regis* NFX; virg. vel. 2, 4 et 4, 13 *virginis* N; 7, 5 *uxoris* NFXR[1]; 12, 3 *mulieris* F; pall. 5, 5 *valetudinis* X; Scap. 3, 2 *incredulitatis et iniquitatis* FX; adv. Marc. 4, 16, 5 *talionis*.

3. acc. plur. graec. in *-as*: fug. 10, 3 *daemonas* NF (Scap. 2, 1 NR; 2, 9 NFX; idol. 15, 2, 6). mart. tit. *martyras* NFX (2, 6 N). 4, 8 *Lacedaemonas* NFX.

4. gen. plur. in *-um*: pall. 2, 2 *fluvium* N; anim. 7, 4 *inferum*; adv. Prax. 1, 6 *pristinum*; adv. Iud. 1, 2 et 1, 3 *Israelitum*.

5. gen. plur. in *-ium*: Scap. 3, 4 *praesidium* NX; pall. 1, 2 *sacerdotium* NF; spect. 1, 2. 5 *voluptatium*; 2, 10 *iniquitatium*. Cf. idol. 15, 9 *fratruum* A (Thes. 1253, 51 Itala Ier. 41, 8 Wirc., CIL VIII 4202. 9585); CIL V 4430 *fratrium*.

6. vocales contrahuntur: pall. 3, 3 *emissici*. 3, 6 *Milesis* NFX (4, 2 *labis* NFX; cf. Thes. s. v. *filius* 753, 33). 1, 1 *oti* (2, 6 *domini* i. dominii; scorp. 2, 1 *martyri*). 2, 4 *mortum* i. mortuum (cf. CIL IV 3129 *cadaver mortus*, adv. Marc. 4, 37, 1 *contractum*; *aeditus* pro *aedituus* Thes. 943, 34; *ardus* Germ. 317, *manum* Thes. 342, 68, al.).

7. urbium nomina graeca (SB 15): accusativus

usurpatur etiam pro aliis casibus: fug. 10, 4 *ab Ioppen* NFX (de *ab* c. acc. v. etiam Thes. 40, 20); cf. Italam act. 2, 1 Greg. Ilib. tract. 20 *dies pentecosten* (πεντεκοστῆς, *pentecostes* Vulg.) et Euseb. Vercell. trin. 5, 33 *in pentecosten*; Vulg. act. 14, 25 *loquente in Pergen*. Fug. 7, 4 *in apocalypsin* X, F (*-im*); idem Ps. Euseb. Vercell. trin. 12, 166. Apol. 15, 5 *ex Pessinunta*; cf. Vulg. act. 27, 13 *de Asson*; Ps. Euseb. Vercell. trin. 12, 181 *his qui Antiochiam et Syriam et Ciliciam fratribus*; ibid. *cum carissimis nostris Barnaban et Paulo*. Cf. etiam nominativos *Ancona, Prusiada, phalanga, upupa, Ogdoada* (Valent. 20, 2).— Metaplasmus: fug. 12, 10 *Hierosolymam* NFX; 6, 9 N.

Pronominis (SB 2—5):

8. gen. *alii*: monog. 9, 7 *alii viri iungi* N (Thes. 1622, 81: Annalium script., Varro, Ulp.). SB 4.

dat. *alio*: monog. 3, 5 idol. 11, 5 (Thes. 1623, 17: Plaut., Sen., Quint., Icti).

illo: monog. 9, 8 (Thes. 341, 5: Apul., Optat., al.).

ipso: patient. 5, 25.

acc. neutr. *illum*: virg. vel. 13, 6 (Thes. 340, 59: Itala, Iren., Paneg., al.).

illuc: virg. vel. 6, 1 scorp. 1, 12 (Thes. 370, 36: Cypr., Aug., al.).

nom. masc. *istic*: pall. 2, 1.

nom. fem. plur. *haec*: fug. 1, 4 FX; virg. vel. 12, 1 X bis; cf. SB 5. Thes. 2700, 11. 30.

Adiectivi:

9. exit in *-is* pro *-us*: monog. 8, 3 *a vetere vidue* (NX) *et univire* (NFX), cf. abl. *incredibile* pall. 4, 4; monog. 17, 4 nom. sing. *univiris sicut* N, *-as s.* FX (sed ieiun. 8, 1 *univirae*). pall. 1, 1 nom. sg. *quadrangulis* FXR[1] (Itin. Anton. Plac. 21 rec. A *turris -is*, 23 *petra -is*. Cael. Aur. diaet. pass. 157 Rose Anecdota II *lapides biangules, triangules, quadrangules, quinqueangules*). 3, 4 *praereptem* pro *praereptam*. 4, 2 acc. sing. *apud rupicem et silvicolem* NFX. Cf. cult. fem. 2, 8, 2 *inbecillis*.

Comput. cod. Col. prol. (Krusch, Studien zur . . . Chronologie 1880) 12 p. 234, 12 *cena puris* (p. 234, 24. 232, 27 *caena puri*[*u*]*s*. l. 28 *cena poris*).

exit in *-us* pro *-is*: pall. 6, 1 *elingua*. Cf. *exanimus*, *informus*, al.

Numeralis:

10. nom. plur. fem. *duo*: monog. 8, 1 (Thes. 2243, 63 sqq.: Vitr., Plin. nat., Paul. dig., Itala, Ammian., al.).

acc. plur. masc. *duo*: monog. 17, 7 X (Thes. 2243, 30. 32 sqq.: Cato, Hor., Verg., Cic., al., Gell., Apul.).

Verbi:

11. pall. 4, 2 *vacuerat* (pudic. 8, 12 adv. Valent. 10, 2 carn. 7, 6 resurr. 9, 5). ibid. *sonuerat* (Scap. 3, 2 *sonuerint* N, *sona erint* FX). fug. 6, 8 *fugierunt* F, X (*-ir-*); cf. Thes. 1475, 58 (Itala, Hil. coll. antiar., al.). Fut. *reveletur* Itala Matth. 10, 26 virg. vel. 14, 5 N, cf. Rönsch[2], Itala u. Vulg. 290. — *interpreto* monog. 8, 5 NFX. *adulteror* Itala Matth. 5, 32 monog. 9, 4 (Scap. 4, 9 *-mur* XR[1.2] *,-mus* NR[3]. Cf. Hoppe 61. Thes. 883, 59).

De formatione:

12. *agonitheta* fug. 1, 5 mart. 3, 3 scorp. 6, 5. Cf. SB 10. — *Carthaginenses* pall. 1, 1 (mart. 4, 6 bis, *-nie-* N altero loco; resurr. 20, 8 PX, anim. tit. ed. Mesnart (B); cod. Vind. 3256f. 32[r] 34[r]; contra *-nie-* Valent. 8, 3; cf. Thes. Onom. 217, 27); haec forma sc. in *-ne-* pall. 1, 1 ipsius Tertulliani est, at 4, 2 *Catinienses* titulus mimi. SB 14.

De sonis:

13. *Aescolapius* pall. 1, 2 apol. 23, 6 F. 14, 5 cod. Paris. 1623. 1656. CIL VI 30642—30846 X 7856 XII 3043 et in Numidia aetate Tertulliani VIII 8782; praeterea saepe var. lectio apud Val. Max., Plin. nat., al., v. Thes. 1080, 26 sqq., 1081, 4 sqq. Cf. *incolomis* resurr. 58, 8 al. — Graecum *y* exprimitur Latino *u*: pall. 4, 1 *xusticus*. 4, 2 *ustriculus* (ab *hystrice* ductum). 2, 3 *Turreno* F. fug. 1, 4 *marturum*. anim. 9, 6

berullus A. coron. 12, 2 *murto* A. Cf. Gloss. *aduta*, Ennianum illud *Bruges*, denique *cuprum*, *cupressus*, *scutum* et *scutula* a σκῦτος et σκυτάλη, *murta*; CIL X 8189 *Eutuceti Eutyces pater filio*. — pall. 5, 6 *sumptiosius*, cf. Claud. Mam. anim. 1, 3 p. 35, 3 *praesumptiosa*. SB 9. — pall. 3, 5 *ovecula*, cf. *lentecula* Plin. nat. 37, 196, *vitecula* id. 1, 24, 4. SB 8. — adv. Valent. 12, 3 (bis) *simbulam* i. symbolam.

De syntaxi:

Casuum:

14. nom. pro dat. finali: mart. 6, 2 *praesentia nobis tempora documenta sint* (Thes. V 1, 1804, 59: Curt. 5, 8, 15, Veg. mil. 2, 2. 4 pr.; *documento*: Thes. 1804, 43: Caes., Liv., Val. Max., Quint., Tac., Plin. epist., Sidon.). adv. Iud. 10, 5 *sacramentum passionis . . . scandalum futurum*. Euseb. Emes. serm. 7, 22 p. 190, 18 *tutamenta sibi erunt utraque*.

14 a. nom. abs.: adv. Marc. 4, 22, 9 *repraesentans eum* (dicens) '*hic est filius meus*' *utique subauditur*: '*quem repromisi*'. Hofmann § 85 e. Cf. Cornel. Cypr. epist. 49, 2 p. 611, 5 *una vox erat omnium gratias deo agentium, gaudium pectoris lacrimis exprimentes, complectentes eos*. Euseb. Vercell. trin. 5, 18 *cuius nos usi exemplo placuit*. Peregr. Aeth. 16, 7 et 20, 3 *benedicens nos episcopus profecti sumus*; 32, 1 *lectiones . . . leguntur, interpositae semper orationes*; 43, 7 *ingressi . . . dicuntur ymni*; nominativus et ablativus iuxta ponuntur: 5, 11 *visa loca sancta omnia, . . . visis etiam et sanctis viris regressi sumus*. Euseb. Emes. serm. 5, 20 p. 142, 12 *multitudo litteratorum assistens singuli legunt*. 12, 2 p. 278, 4 *trepidus et excusans pigebat eum*. Carm. adv. Marc. 2, 219 *corruptela potens . . . solvere corpus non poterit virtus domini revocare solutum?* Cf. etiam Hom. Γ 211 ἄμφω δ' ἑζομένω γεραρώτερος ἦεν Ὀδυσσεύς (Schwyzer-Debrunner, Griech. Gramm. II 403).

15. acc. iuxta verba composita (SB 73—75. Hofmann § 14 c): monog. 13, 3 *ascribentem Romanos eum* N. pall. 5, 4 *nihil* (i. non) *officia advigilo* N (Symm. epist. 5, 49 *hanc*

operam). monog. 17, 1 *quae nuptias* (N, *in n.* FX) *incidistis* (Thes. 905, 67: Lucr., Tac., Apul.). pall. 2, 6 *Scythae ... exuberant Persas.*

16. gen. pro dat. (SB 80): monog. 9, 7 *alii viri iungi* N. fug. 13, 6 *hanc episcopatus* (N, *-ui* FXR) *formam condiderunt?* mart. 4, 5 *cum maritum suum supplicem Scipionis* (*-i* Rigalt.) *videret* (virg. vel. 10, 1 *feminae ... viri* [F, *-e* X, *-is* N] *subditae*). virg. vel. 2, 1 *hunc morem veritatis deputare* (cf. Löfstedt 8). pall. 2, 3 *novum vitii maris imbuit* i. 'novo vitio mare afficit' Thörnell I 32. adv. Hermog. 22, 4 *curam instructionis* (*-i* Kroymann) *nostrae insumpsit.* ieiun. 5, 2 *terrae lacte et melle manantis* (*-i* Gel.) *destinatus.* cult. fem. 1, 4, 1 *nulla nunc muliebris* (*-i* edd.) *pompae inusta sit nota praedamnationis.* idol. 14, 5 *habenas conversationis immittit.* 21, 5 *Iovis honorem facis.* anim. 39, 4 *designatos ... sanctitatis ac per hoc etiam salutis.* — Nota genetivum et dativum iuxta positos (cf. sub n. 111 d): virg. vel. 6, 6 *virginis et ... mulierum generi defensam.* adv. Marc. 4, 15, 7 *si deo Marcionis adscribetur benedictio in mendicos, eiusdem* (*eidem* Kroymann) *imponetur et maledictio in divites.* carn. 3, 5 *non competit ergo conversio eius, cui non competit finis.* — Adde, quae collegit Bögel in Thes. s. v. *decerno* 149, 16: Cic. de orat. 2, 347 *decreta virtutis praemia.* Ulp. dig. 47, 10, 13, 4. Vulg. Esth. 9, 19. Praeterea: Plin. epist. 10, 3 b (21) *obsequium amplissimi ordinis ... praestando.* Greg. Ilib. tract. 12 p. 132, 14 V. *per fidem lumen mentis infunditur.* Euseb. Vercell. trin. 1, 46 *quarum* (*quibus* rec. II) *introitus ianuae ... patens est.* 7, 17. Claud. Mam. epist. 2 p. 205, 3 *professionis tuae par unus et solus es.* Vulg. IV reg. 4, 26 *vade in occursum eius* (εἰς ἀπάντην αὐτῆς). Iob 38, 25 *quis dedit vehementissimo imbri cursum et viam sonantis tonitrui?* psalm. 144, 15 *das escas illorum.* CIL IV 4477 *utriusque bene eveniat.* Euseb. Emes. serm. 5, 29 p. 147, 5 *non est potestas in servis, ut concedant debita domini.* 7, 9 p. 181, 28 *filii doluit caput.* 7, 23 p. 191, 8 *quae se ad spectaculum viri proponit.*

15, 4 p. 347, 8 aurum *impedimento honestatis habetur* (i. est). 4, 9 p. 133, 9 *quod est maxime admirationis*. Alia sub n. 111 d. Cf. etiam Löfstedt 7 sqq. et ad Peregr. Aeth. 20, 12 p. 73. Syntact. I² 214 et Svennung, Unters. zu Pallad. 209. Hofmann § 64 Iγ.

17. gen. pro adi.: pall. 4, 10 *novitatis vestitura* i. nova. Cf. Ambr. Sat. 2, 116 *devotionis occursu* i. devoto, et quae congessi in praefatione ad Euseb. Vercell. III 28 p. XXIII sq. De Tert. cf. Hoppe 19. Hofmann § 56a ε.

18. gen. iuxta adi. relativa (Hoppe 21 sqq.): virg. vel. 13, 5 *gloriae libidinosum* (apol. 47, 3 resurr. 32, 5). pall. 1, 1 *prosperos temporum*.

18 a. gen. locativus: cult. fem. 2, 6, 1 *quod non Germaniae atque Galliae sint procreatae*. Hofmann § 88.

19. dat. adnominalis (SB 81): monog. 4, 6 *duabus maritus*. 8, 9 *consortes illis fecit*. pall. 1, 2 *Aescolapio sacerdotes*. 4, 2 *virum alicui* (*alicuius* F) *functus*. ibid. *matri sollicitudinem*. Scap. 5, 4 *tibi magistros*. ieiun. 6, 5 *cui cor*. Cf. Verg. Aen. 6, 93 *hospita Teucris*. Plin. epist. 3, 20, 5 *cui quaestor fuerat* (Greg. Ilib. tract. 10 p. 110, 8 V. *est macula operi*. Euseb. Emes. serm. 2, 17 p. 56, 1 Christus *filius est unigenitus patri*. 4, 21 p. 117, 24 *mei . . . sermones prioribus verbis sunt fratres*. 5, 7 p. 132, 4 *non suo genitori rex est filius*. 7, 22 p. 190, 4 *processus virgini non sit nocturnus*. Aug. in evang. Ioh. 19, 18 l. 26 *cui caput est* [28, 1 l. 24 *quibus ego sum* c. 41, 8 l. 13 in psalm. 90, 2, 1 l. 42]. Carm. adv. Marc. 3, 33 *gentibus ut pater et populis credentibus esset*. 3, 179 *gentibus esse prophetam*). 9, 37, 3 *operis exactores, custodes fructibus* (item gen. et dat. iuxta ponuntur Aug. in psalm. 109, 7 l. 46 *ut non ei sit dominus . . . dominus eius erit*. 131, 25 l. 14 *eris praeda hominum . . . diabolo praeda es*. 139, 2 l. 11. 3, 9 l. 3. 64, 7 l. 22. Euseb. Emes. serm. 13, 31 p. 313, 19 *crux impedimentum videtur esse praedicationi et multa alia impedimenta praedicationis habentur* i. sunt. 14, 4 p. 324, 19 *illorum prophetae et nobis prophetiae*,

illorum patriarchae et nobis promissiones. Faust. Rei. epist. 8 p. 209, 10 *et sibi auctor et filio, quia una origo est et fontis et fluminis.* Calp. decl. 28 *inimicus duorum ... duobus pauperibus inimicus*). Clem. ad Cor. 40, 4 *legibus patrifamiliae.* Ps. Tit. epist. l. 201 *patri uxorem.* Iulian. Aeclan. in Iob 23, 3 Spicil. Cas. 3, 1 p. 382 *testi mendacia.* Greg. Ilib. tract. 16, 27 *cui ... anima ... vulnerata iacebat.* Aug. in evang. Ioh. 36, 1 l. 23 *unicus patri.* in psalm. 26 serm. 2, 18 l. 2. 93, 12 l. 3 *cui possunt commoveri pedes.* 112, 1, 2 l. 12 *circumcisae genti factus est pater* (102, 22 l. 26 *unigenitum ... fratrem adoptatis tot fratribus fecit*). Diosc. 1, 76 p. 41, 18 *causas toraci.* 1, 114 p. 58, 18 *capiti dolori adversatur* (1, 116 p. 59, 12 *capiti dolorem*). 1, 140 p. 70, 5 *stomacho et ventri arteriis.* ibid. *vulnera tibiis mala curat.* 2, 4 l. 17 *descriptio calci.* 2, 152 p. 237, 24 *sucus radici eius.* Oribas. syn. 5, 13, 2 *in modum tegmati* (i. πτύγματος). 1, 2 tit. Li *de infanti nutrimento.* Euseb. Vercell. trin. 6, 20 *nuntius patri* (*-is* rec. II). Carm. adv. Marc. 4, 225 *externum legi.* CIL X 2564 *ultimum illui spiritum* (SB 81). Dessau 9221 *patrono civitati.* CIL XIII 2483 *hic requiiscunt menbra ad duus fratres* (*ad* est pro dativo, Thes. 557, 78) *Gallo et Fidencio, qui foerunt fili Magno* (Svennung, Pallad. 223. Hil. trin. 12, 13 *filii deo*). Cf. etiam formulam *suus sibi* (v. Löfstedt, Syntactica I² 209): Tert. adv. Marc. 2, 3, 2 *de suo sibi*; adv. Iud. 6, 2 *cum suo sibi sabbato*; praeterea ex. gr. Euseb. Vercell. trin. 5, 18 *ut de vestro vobis gladio triumphemini*; cui formulae simillima est Germanorum locutio *dem sein Vater.* Huc pertinet etiam, quod pro vocativo pronominis *meus* usurpatur *mi* (est enim dativus pronominis *ego*) ut *mi pater*: Petron. 116, 4 *o mi hospites.* Thes. s. v. *inimicus* 1632, 23 (Cic. Verr. II 2, 48 *homo inimicus iis ...*, *hostis omnibus.* Calp. decl. 28 *dives fortis inimicus duorum. dives duobus pauperibus inimicus promisit* eqs. et al.). Thes. s. v. *hospes* 3023, 18. Hofmann § 67 b β. Exempla Merovingicae aetatis affert Alf Uddholm, Formulae Marculfi, Uppsala 1953, 110: *domesticus ... domno*;

munificentia piis principibus; *merita praefato pontifice*. In Graecis: Hom. T 166 βλάβεται δέ τε γούνατ' ἰόντι (v. l. ἰόντος). Herod. 1, 20 ἐόντα Θρασυβούλῳ . . . ξεῖνον; alia Schwyzer-Debrunner, Griech. Gramm. II 148. Cf. etiam n. 21.

20. dat. ethicus: fug. 10, 1 '*qui fugiebat, rursus sibi proeliabitur*' (πάλιν μαχήσεται). *Ut et rursus forsitan fugiat?* Itala deut. 12, 30 scorp. 2, 7 *cave tibi, ne* (*tibi* om. Vulg., gr. πρόσεχε σεαυτῷ). Cf. Petron. 50, 7 *ego malo mihi vitrea* (al. Thes. s. v. *malo* 205, 29). Chiron 681 *fugiet sibi*. Ps. Tert. haer. 8, 4 *sibi sedere*. Ambr. Theod. 2 *abiit sibi*. 40 *nunc sibi rex est*. Peregr. Aeth. 4, 8 *gustavimus nobis*. 36, 5 *sedete vobis*. Sort. Sang. 7, 1 *vade tibi*. Lucif. non parcend. 19 p. 251, 6 H. *tu tibi arbitraris*. Optat. 7, 1 p. 159, 12 *sibi . . . confessi sunt*. Carm. adv. Marc. 2, 239 *cur hominem . . . non . . . revocet* (i. resuscitet) *sibi?* Aug. in psalm. 49, 23 l. 4 *meditabatur sibi*. l. 39 *utquid tu enarras iustitias meas? utquid tibi, quod tibi non prodest?* 65, 6 l. 23 *possent dicere . . . : possent sibi ista dicere* (134, 8 l. 32 *dicunt sibi homines, quod volunt*). 103, 4, 16 l. 7 *praefidentem sibi*. 149, 3 l. 32. Euseb. Emes. serm. 1, 4 p. 16, 15 *accipe mihi in cogitatione tua, qualis in illa hora factus est Paulus* (1, 20 *intuere mihi gratiae virtutem, intuere immutationem* Pauli). 2, 10 p. 51, 14 Christus nos *vocat sibi fratres*. 2, 32 p. 66, 16 *movetur autem quisque* (i. aliquis) *sibi*. 4, 31 p. 125, 22 *quid accipimus nobis, quia sapientiores omnibus sumus?* Alia Löfstedt ad Peregr. Aeth. 4, 8. Hofmann § 164. Usus hic etiam in Romanicis linguis servatus est: ital. *io me ne vo* i. ego mihi inde vado, francogall. *je me meurs* i. ego mihi morior, et Slavicis notus: čech. *jdi si* i. vade tibi. Debrunner, Gr. Gr. II p. 149.

21. dat. pro gen.: Itala apoc. 1, 6 monog. 12, 4 = Vulg. *sacerdotes nos deo et patri fecit* (ἱερεῖς τῷ θεῷ). Rom. 7, 6 monog. 13, 4 *ut efficiamini alteri* (ἑτέρῳ; *alteri* Rig., *aliter* codd., fortasse legerunt ἑτέρως). Tert. monog. 13, 5 *alii viro fiat*. 16, 3 *alteri viro facta*. virg. vel. 7, 9 *virgini insigne est*. fug. 14, 3 *non potest, qui pati timet, ei* (cod. N, *eius* cett.) *esse*,

qui passus est. adv. Marc. 4, 29, 1 *curam agere corpori de vestitu.* Itala apoc. 20, 11 adv. Hermog. 34, 1 = Vulg. *abierunt et locus non est inventus illis* (αὐτοῖς). Aug. loc. hept. 2, 139 *omne adaperiens vulvam mihi erit.* Itala lev. 22, 12 Aug. loc. hept. 3, 53 *si fuerit viro alienigenae* (ἐὰν γένηται ἀνδρί). num. 30, 7 ibid. 4, 97 *si autem facta fuerit viro* (ἐὰν γένηται ἀνδρί). deut. 24, 2 ibid. 5, 54 *fuerit viro alteri* (γένηται ἀνδρί). Aug. serm. coll. Morin p. 317, 2 *ecclesia cui est caput* Christus. Epiphan. in euang. 42 p. 96, 22 *temptatoribus est haec interrogatio.* 47 p. 113, 16 *discipulus Paulo erat.* Greg. Tur. Franc. 5, 18 p. 213, 17 *quod filio meo erat.* Lex Burg. lib. const. 58 *solidum dat, cui canis est.* Ven. Fort. carm. 1, 21, 49 *quae fuerant ovibus, donantur pascua ranis.* Ps. Matth. euang. 8, 3 *hanc cum dederis illi, cui est.* Vulg. Iob 29, 15 *oculus fui caeco et pes claudo, pater eram pauperum.* 31, 10 *si . . ., scortum sit alteri uxor mea.* psalm. 118, 96 *omni consummationi vidi finem* (sic M^1, gen. cett.). Hofmann § 64 I γ. Cf. etiam n. 19.

22. abl. pro dat.: virg. vel. 9, 3 *in omnibus eadem condicione subicitur.* Cf. Firm. err. 21, 7 *caelestium se rerum societate coniungit.* Aug. lib. arb. 3, 203 *itinere sufficit* MTCAX. Epiphan. hist. trip. p. 33, 13 J.-H. *corporis infirmitate succumbit* (v. Hanslik ad l.). 201, 7 *humana probatione summissus.* 10, 29 *poena crucis adiudicatum.* 361, 3 (6, 38, 1) *honorem praesentem felicitate verae fidei praeponentes*; v. ALMA 24, 1954, 5 n. 1.

23. abl. abs. cum praepos.: sensu temporali: monog. 9, 8 *mortuo a viro* i. post mortem viri (cf. Ov. epist. 3, 95 Achilles *positis secessit ab armis et patriae rigida mente negavit opem* [am. 2, 9, 35 *positis nudus tibi praebeor armis.* met. 12, 147 *positis pars utraque substitit armis*]. Lucan. 1, 451 *barbaricos ritus . . . positis repetistis ab armis.* Lommatzsch Thes. I 38, 10); nat. 1, 11, 3 *Pompeium Magnum de Iudaeis debellatis captisque Hierosolymis templum adisse* (cf. Thes. s. v. *de* 65, 11). Euseb. Vercell. epist. 2, 5, 2 *in ipsis concurrentibus*

i. cum concurrerent (de *in* temporali v. Thes. 778, 15 sqq.). — sensu condicionali: monog. 9, 8 *in repudio matrimonium dirimente* (cf. Thes. 781, 56). Alex. Trall. 1, 6 in. *fluunt capilli ex densitate pororum facta* (p. 447 P. διὰ πύκνωσιν τῶν πόρων). — sensu instrumentali: Euseb. Vercell. trin. 7, 18 *in* (om. rec. II) *baptismo operante*. Cf. Thes. s. v. *in* 792, 4. — sensu implicativo (cf. Thes. s. v. *in* 787, 72): ibid. 3, 71 *de loquente patre loquitur et de operante patre uniter operatur et de manente manet et filius* i. cum pater loquitur, operatur, est, una et eo ipso etiam filius loquitur, operatur, est. — sensu causali: Prop. 3, 11, 24 *tacto . . . ab axe*. Stat. Theb. 5, 431 *ab adiecto nuper Marathone superbum Thesea*.

23a. abl. praedicativus: nat. 1, 1, 2 *omnem sexum, omnem aetatem . . . transgredi a vobis quasi detrimento* (*-um* Hartel) *doletis*. adv. Marc. 2, 20, 1 *sepiae isti* (Marcionitae), *quorum figura* (als deren allegorisches Vorbild) *illud quoque pisculentum de cibis lex recusavit*. Carm. adv. Marc. 3, 108 *Baal Christi victoria⟨e⟩ signo . . . refugam devicit*. Plura exempla huius usus attuli in Studiis Vindobonensibus (Wiener Studien 68, 1955, 60 sqq.); Tertulliani locos utpote antiquissimos mihi tunc nondum notos fuisse doleo.

24. abl. mensurae: fug. 2, 9 *tanto abest, ut* eqs. (sed 2, 6 *tantum abest, ut* eqs.). test. anim. 1, 4 *tanto abest, ut* eqs. 5, 1 *quanto vera, tanto simplicia*. Hoppe Beitr. 48 sq. Hofmann § 100 d. 84 bγ.

Numerorum:

25. singularis: monog. 8, 9 *numerosum maritum* i. saepe matrimonio iunctum. — pluralis: monog. 7, 4 *in regna caelorum* (8, 9 idol. 9, 8 resurr. 27, 1 anim. 55, 3). fug. 4, 13 *deductor omnium veritatum, exhortator omnium tolerantiarum*. Scap. 3, 2 *incredulitates hominum* (Thes. 1040, 81). 5, 1 *ante tribunalia eius*. pall. 5, 5 *imperiis bonas valetudines conferent*. adv. Marc. 5, 15, 2 *impietates*. adv. Prax. 14, 2 *capacitates*. 16, 6 *in monumentis*. Cf. Thes. s. v. *altaria*. Hoppe 88.

Pronominum:

26. gen. pron. pers. pro pron. poss.: monog. 15, 3 *carnis mei* (SB 79). virg. vel. 14, 10 *publicatione sui*. test. anim. 4, 11 *post excessum tui*. Itala psalm. 23, 7 scorp. 10, 7 *portas vestri* (ὑμῶν, Vulg. *vestras*). Alia Hoppe 18. Hofmann § 53a add. β.

27. verbum reflex. pro passivo: pall. 5, 3 *facile sese regit, facile reficit* i. facile regitur; cf. nostrum *es handhabt sich leicht*. Cf. Petron. 47, 3 *venter mihi non respondit nec medici se inveniunt*. Diosc. 3, 143 p. 435, 7 *rotundu*[*s*] (i. rotundum) *se facit* i. fit (5, 106 p. 210, 3 *agitas, quamdiu faciat se ut cinere nigru* [5, 81, 4 ἄχρι ἂν ἀποτεφρωθῇ]. Antidot. Brux. 152 *ut faciat se sic quasi cerotum*). Cassiod. var. 2, 17 *in ea praestatione quanti se solidi comprehendunt*. 2, 39, 9 *virgulta* in aedificio *nascentia auferantur, ne se compago casura disrumpat*. 6, 7, 1 *unde se fama principis posset augere*. 7, 2, 1 *se custodit* i. custoditur. al. Alex. Trall. 2, 210 *infundant se in aqua* (2 p. 349, 5 P. ἐμβρέχεσθαι). — Nota: Oribas. syn. 5, 28 in. *tenduntur et rumpunt se*. Ven. Fort. carm. 11, 26, 7 *frenantur aquae, se lympha ligavit*. Vita Anton. 9 p. 26, 1 *serpens torquebatur se* (Migne gr. 26, 857^{A} ἕρπων). Idem usus in linguis Romanicis et Slavicis. Hofmann § 164.

28. *ipse*: i. q. 'idem': mart. 4, 1 *ut* caro *ab eo* spiritu *etiam ipsam fortitudinem assumat* (SB 110). pall. 3, 1 *numquam ipsa, semper alia, etsi semper ipsa*. Hoppe Beitr. 112.

pro articulo definitivo i. q. ὁ, ἡ, τό: monog. 11, 9 *in ipsa materia*. 11, 10 *cuius ipsas species*. 11, 13 *ipsa vita nostra*. fug. 2, 9 *ipse apostolus. apostoli ipsi*. ibid. 6, 7 *ipsi antecessores*. mart. 2, 1 *ab ipso mundo*. ibid. *a mundo . . . ipsum mundum*. 2, 2 *ipsas animas*. 2, 6 *ipsam conversationem*. virg. vel. 7, 8 *ornatus ipse*. ibid. *ipsam capitis arcem*. 12, 3 *a capite ipso*. 13, 2 *utrumne ut fratribus suis placeant an ut ipsi deo?* 15, 1 *adversus . . . aemulationem, ipsum quoque livorem*. Scap. 5, 2 *ipsa Carthago*.

29. *is* i. q. 'idem', ὁ αὐτός: pudic. 19, 1 *in Apocalypsi . . .*

19, 7 *ea Apocalypsis*. Cf. mart. 2, 8 *hoc* (i. idem) *praestat carcer Christiano, quod eremus prophetis* et Thes. s. v. *hic* 29, 7214; mart. 4, 6 *Regulus clavis transfixus tot* (i. totidem) *cruces sensit*. Vide etiam n. 73. 74.

pro pron. reflex.: pudic. 16, 15 *innuptis quoque et viduis bonum esse dixit exemplo eius perseverare*.

30. *qualis* i. q. 'qualiscumque': monog. 4, 6 *iniquitates . . . semel defensae* (i. punitae), *quales fuerunt, non tamen septuagies septies*. virg. vel. 7, 4 *quis praesumere potest quales angelos maculata iam corpora desiderasse?* resurr. 52, 10 *accipiet ornatum, qualem et illi deus voluerit superducere*. adv. Marc. 1, 13, 3 *si quale* (i. nullius pretii) *quid fecisse indignum est deo*. Cf. anim. 54, 1 *qualiter* i. qualitercumque; paen. 3, 16 *qua* i. quacumque; anim. 51, 8 et adv. Marc. 3, 9, 4. 5. 7. 4, 33, 8 *unde* i. undecumque; Ambr. myst. 9, 50 *quantis igitur utimur exemplis* i. quotcumque exempla habemus (Euseb. Emes. serm. 1, 22 p. 27, 28 *quantos . . . transfert, breve est illud*. 16, 6 p. 366, 11 *deus deus est, homo vero, quantus fuerit ille, homo est*. 17, 3 p. 373, 2 *anima enim, quantum illa fuerit illuminata, . . . non est* lumen). Euseb. Emes. serm. 17, 4 p. 373, 11 *quot his sunt similia*. V. etiam sub n. 31.

31. *quisque* i. q. 'quisquis, quicumque': virg. vel. 13, 3 *ad conspicienda, quaeque in occulto fiunt*. bapt. 5, 1 *quisque se homicidio infecerat, expiabatur*. adv. Marc. 4, 18, 8 *quemque modicum*. 4, 34, 7 *quoque velis latere*. Cf. Min. Fel. 13, 1 *quisque vestrum tantus est*. Itala Ioh. 8, 7 cod. ff² *quisque vestrum sine delicto est* (Vulg. *qui*). Luc. 8, 18 cod. a. Clem. ad Cor. 43, 4 Cypr. ad Donat. 8 p. 10, 11 al. et iam Plaut. Mil. 460 *quemque hic intus videro, eum ego obtruncabo*. Colum. 1, 6, 5 CE 133, 1 saec. I. Hoppe, Beiträge 113. Svennung, Orosiana 72 adn. Hofmann § 108 c. V. etiam supra sub n. 30 et cf. Prax. 1, 7 *ubique* i. ubicumque; Scap. 5, 4 *quandoque* i. quandocumque (iam Hor. *indignor quandoque bonus dormitat Homerus*).

i. q. 'aliquis': fug. 4, 2 *si sensui cuiusque videtur*.

Cf. Euseb. Emes. serm. 2, 32 p. 66, 16 *movetur* (i. irascitur) *quisque.*

i. q. 'unus quisque': Scap. 5, 5 *quisque inquirere incenditur, quid sit in causa.*

i. q. 'uterque': virg. vel. 11, 3 *sui quique* (Adam et Eva) *sexus intellectum tegmine notaverunt.* carn. 5, 7 *naturae cuiusque* sc. divinae et humanae. Hofmann § 83 b β.

32. *qui* causale cum indicativo: Scap. 1, 4. 4, 1 *non te terremus, qui nec timemus.* 4, 2. monog. 10, 3. 10, 4 *non discessit, quae tenetur.* fug. 5, 1 *vane fugis, qui iam negasti.* mart. 2, 5 *nihil interest, ubi sitis in saeculo, qui extra saeculum estis.* virg. vel. 4, 1 *non iubentur, quae nec nominantur.* 5, 11 *ad quam futurum non pertinebat.* test. anim. 4, 2. 8 *si times vita decedere, quia optimam nosti, certe mortem timere non debes, quam malam nescis.* adv. Marc. 4, 25, 13 *qui videbant.* apol. 1, 1, 1 *qui desinunt.* Hoppe 74. Hofmann § 299, 3. Euseb. Vercell. praef. III 15 f.

Adverbiorum in universum:

33. compar. pro positivo sive elativo: monog. 1, 6 *quid concupiscet caro quam* (v. sub n. 72) *quae magis* (i. maxime, Thes. 57, 37) *carnis sunt?* fug. 1, 6 *quando deus magis creditur, nisi cum magis timetur?* 3, 1 *haec exempla magis in persecutionibus eveniunt.* anim. 48, 1. fug. 2, 9 *facilius.* 13, 6 *providentius.* Hofmann § 100 b.

34. superlat. pro compar.: virg. vel. 11, 3 *nihil primum senserunt quam erubescendum.* adv. Marc. 4, 35, 14 *utraque revelatio . . ., prima . . ., secunda.* Lact. inst. 7, 3, 1 *in illa prima . . . in hac.* CE 68 (Armini, Eranos 26, 1928, 258 sq. Rönsch, Semasiol. Beitr. II 41 sq.). Hofmann § 96. 100 c.

35. adverbium pro adiectivo: monog. 9, 5 *si quid taliter commiserit* (adv. Marc. 3, 20, 1 *talis probatus, qualiter adnuntiabatur*). fug. 12, 11 *voluntas dei sic est.* pall. 1, 1 *vobis habitus aliter olim.* praescr. 40, 9 *aliter eum disserunt, quam in vero est.* apol. 19, 3 *Moyses Inacho pariter aetate est.* monog. 1, 4

magis (i. maiorem, Thes. 56, 21 sqq.) *honorem.* ieiun. 8, 2 *si ita potator fuisset.* adv. Iud. 10, 6 *carnaliter a fratribus.* Cf. Euseb. Emes. serm. 1, 14 p. 22, 23 *quomodo* (i. quales) *oportuit nos creari?* 1, 16 p. 23, 23 *non oportuit nos ita creari.* SB 83. Salonius, Vitae Patrum 208. Löfstedt 60. Hofmann § 101 c. Debrunner Gr. Gr. II 414e.

Verbi:

temporum:

36. imperf. pro plusquamperf.: monog. 8, 2 *quis . . . initiaret?* 8, 8 *quam . . . insinuaret.* pall. 4, 7 *si iam tunc locorum Diogenes latraret.* scorp. 15, 6 *si iam tunc adsisteret.* adv. Prax. 1, 3 *si* (i. etsi) *filius dei esset, numquam illum fortasse dignarer.* Hoppe 70. Löfstedt, Krit. Bemerk. zu Tert. Apol. 97 sq.

37. plusquamperf. pro imperf.: monog. 8, 6 *si de matrimonio disputasset, quod in sequentibus facit.* mart. 1, 3 (*si non vobiscum nunc introisset,*) *nec vos illic hodie fuissetis.* pall. 1, 2 *ut . . . salutasset.* 4, 10 *quas . . . usurpassent.* 5, 6 *ne mendicius patre cenasset.* Rönsch 431. Löfstedt l. c. 98. Hofmann § 179 a.

38. praesens pro futuro: virg. vel. 1, 11 *hic erit solus . . . magister . . .; non enim ab se loquitur, sed quae mandantur a Christo.* adv. Hermog. 10, 2 *audiat . . ., dum alibi de mali ratione distinguimus, interim quoque se nihil egisse.* Herm. vulg. sim. 9, 31, 6 *respondebunt . . . dicunt . . . creditur.* Löfstedt 81. Hofmann § 172.

39. praesens pro perfecto: fug. 2, 5 *a quo omnem accipit potestatem.* Löfstedt 23. 80 Krit. Bemerk. 103 saepe Tertullianum utrumque tempus in eodem enuntiato ponere docet ut nat. 2, 8, 13 *somniat . . . valuit . . . edocuit . . . aperit.* pudic. 9, 16 *accepit . . . obsignat.* adv. Marc. 4, 24, 1 *educit . . . praescripsit.*

40. perfectum pro praesenti: infinitivus iuxta praeterita verborum auxiliariorum quae sunt *velle, posse,*

debere sim. (Hoppe 52 sqq.): monog. 10, 3 *quem amissise noluit.* 17, 1 *cum ... optasse debuisset.* fug. 6, 10 *poterant ... proposuisse.* ibid. *vitasse maluerant.* 12, 7 *maluit evasisse.* virg. vel. 7, 6 *cum potuerit dixisse.* — iuxta tempora stirpis praesentialis (Rönsch 431): adv. Marc. 2, 29, 1 *possum antithesis retudisse* (5, 11, 10 *possum ... praeterisse.* apol. 2, 19 *malunt credidisse*). 4, 1, 11 *debueras ... determinasse, ut ita posses ... adseverasse* (4, 14, 9 *possem ... transmisisse*). pall. 5, 5 *licebit prodisse* (SB 36). — inde per analogiam etiam cum infinitivo passivo: fug. 12, 12 *indictum* (esse) *possit* (SB 37). apol. 2, 9 *damnatis oblatum, quem nemo voluit requisitum.* Cf. Euseb. Vercell. praef. III 31, Hofmann § 200a.

credidi pro *credo*: monog. 10, 7 *credidimus mortuorum resurrectionem.* Alia affert Löfstedt 91: praescr. 9, 4 resurr. 45, 15 Itala Ioh. 3, 35 adv. Prax. 21, 7; adv. Marc. 4, 35, 8. 4, 35, 15 anim. 50, 5 resurr. 5, 4 coron. 2, 3 anim. 24, 1. haer. 2, 4 *crediderat* i. q. credebat. adv. Marc. 2, 27, 2. Praeterea: Hor. epist. 1, 2, 5 Liv. 2, 18, 9. 2, 20, 5 Ambr. Sat. 2, 83. Exempla Rufini, Fulgentii affert Salonius, Vitae Patrum 293, idem ex Vit. patr. 5, 10, 2 *viderat ... displicuerat.* Cf. Ambr. Sat. 2, 84 *haec lecta sunt, cum emitteret spiritum* Iesus. paenit. 1, 4, 17 *ita scriptum non solum in eo libro, qui secundum Matthaeum scribitur, sed etiam in eo lectum, qui secundum Lucan repperitur.* — *creditum est* i. q. creditur: Thes. 1147, 61.

41. futurum pro praesenti: primitus est potentiale (Hofmann § 174 b γ), sed apud Tert. plerumque mere pro praesenti affirmativo: monog. 1, 5 *ita, dum quae sunt Spiritus non placent, ea, quae sunt carnis placebunt.* 1, 6 *quid concupiscet caro quam quae magis carnis sunt?* 11, 19 *haec erit interpretatio capituli istius* (virg. vel. 4, 5). fug. 1, 6 *quod ad gloriam dei pertinet, utique ex voluntate illius eveniet.* 4, 1 *si persecutio a deo evenit, nullo modo fugiendum erit.* 4, 4 *dei voluntas non vitari poterit.* 11, 4 *fugere non oportebit.* 12, 8 *in hoc nummos habet, ne patiatur, dum adversus deum erit dives.* Scap. 2, 7

hoc et ipse volet (pot.). mart. 4, 8 *gloria deputabitur*. virg. vel. 1, 3 *quodcumque adversus veritatem sapit, hoc erit haeresis.* 1, 11 *hic erit . . . verecundus.* 2, 5 *tales oculi volent virginem visam, quales habet virgo, quae videri volet.* 17, 8 *tales erunt et istae.* pall. 2, 1 *si mundus, ex diversis substantiis constabit.* 6, 3 *haec indignitas erit.* Hoppe 64.

42. *possum* c. infinitivo pro inf. irreali: virg. vel. 10, 3 *certi sumus spiritum sanctum magis masculis tale aliquid subscribere potuisse, si feminis subscripsisset* i. συγχωρῆσαι ἄν. Cf. Liv. 24, 42, 3 *haud dubia res fuit, quin, nisi ea mora intervenisset, castra . . . capi potuerint.* Spart. Hel. 3, 7 *valetudinis adeo miserae fuit, ut Hadrianum adoptionis paenituerit potueritque eum amovere a familia, si diutius vixisset.* Amm. 14, 10, 7 *potuisset cuncta vastare, ni.* 22, 11, 10 *poterant defendi, ni.* 30, 7, 7 *delere potuit universos, ni.* Heraeus GGA 1915, 482 Löfstedt ad Peregr. Aeth. 208 Hofmann § 183 b.

43. futurum exactum pro futuro: virg. vel. 4, 8 *omnia dixeris, cum id dixeris, quod ex omnibus constat.* Thörnell II 6.

modorum:

44. indicativus irrealis: fug. 2, 3 *cui diabolus nullam potuit incutere temptationem, nisi a deo accepisset potestatem.* 2, 6 *nec in porcorum gregem diaboli legio habuit potestatem, nisi eam de deo impetrasset.* 9, 2 *infirmos sustineri iubet Paulus, utique enim non fugientes; quomodo enim sustinebantur absentes?* i. sustineri non potuissent, si absentes fuissent. pall. 4, 6 *non erat satis animi tumens Macedo, ni illum etiam vestis inflatior delectasset.* 5, 1 *quam praestabat moderatiorem texuisse.* Hoppe 68. Hofmann § 183 b.

45. indicativus pro imperativo: fug. 1, 5 *legis edictum agonis istius in Apocalypsi, quibus praemiis ad victoriam invitet.* Cf. Trag. inc. frg. 34 *itis, paratis arma* (CIL IV 3494 *itis, foras rixsatis*). CE 90, 5 *valete et memores estis* (76, 2 *lege et moraris*). Sort. Sangall. ed. Dold-Meister II 59 b: *non tam*

cito discedis, actu cordis guvernaris. De futuro pro imperativo cf. Hofmann § 183a et Sort. Sang. l. c.

46. de pronomine relativo causali cum indicativo v. n. 32.

47. indicativus paratacticus: mart. 4, 9 *possum dicere, modicae sunt istae passiones.* Hofmann § 289 a.

48. coniunctivus nudus sine coniunctione:

a) pro obiecto in enuntiato pronuntiativo: monog. 3, 11 *nonne ipse apud te retractares, vetus haec disciplina sit?* i. 'cogitares veterem hanc disciplinam esse' sive 'quod vetus sit'. adv. Marc. 5, 4, 14 *nega creatorem bonum facere praecepisse et* (dic) *diversa doctrina sit diversae divinitatis.* 5, 6, 7 *ut secundum me quidem verisimile sit, . . . Christum . . . crucifixerint.* adv. Iud. 4, 8 *ut sacerdotes arcam testamenti dei septem diebus circumferrent in circuitu civitatis, atque ita . . . sponte ruerent muri civitatis.* Cf. Plaut. Pseud. 565 *vos suspicarier me idcirco haec tanta facinora promittere, quo vos oblectem, hanc fabulam dum transigam, neque sim facturus, quod facturum dixeram.* Cic. fin. 3, 50 Cluent. 141 off. 1, 158 Caes. b. civ. 3, 73, 6 Nep. Them. 7, 6; saepe apud Luciferum. SB 90. Hofmann § 289 i γ.

b) pro subiecto: fug. 14, 2 *melius, turbas tuas aliquando non videas quam addicas.* virg. vel. 17, 6 *bonum est . . . reveleris.* Hoppe 71. Hofmann § 289 i β.

49. coniunctivus pro futuro: fug. 3, 4 *credas* (anim. 9, 4 *si . . . persuaserit, credas.* 10, 5). Itala Matth. 10, 26 virg. vel. 14, 5 *reveletur* (ἀποκαλυφθήσεται, Vulg. *-bitur*). adv. Marc. 5, 10, 11 *'portemus' . . . praeceptive, non promissive.* Itala Matth. 10, 22 scorp. 10, 17 *iste sit salvus* (σωθήσεται, Vulg. *erit*). Thörnell II 86. Hofmann § 173. Rönsch Itala u. Vulg.² 290.

50. coniunctivus concessivus: mart. 3, 1 *sit . . . carcer etiam Christianis molestus.* Hofmann § 185 b.

generum:

51. activum pro (medio)passivo: **a)** monog. 10, 8 *reformabimus* i. -bimur. 13, 1 *dirigit* i. se convertit (Thes. 1250, 55 et Aug. lib. arb. 2, 142). pall. 1, 2 *vestiebat* i. -batur (1, 3. 4,

1). 1, 3 *vindicantis* sc. se. 2, 1 *mutare* (ibid. *mutando*. 2, 2. 3. 5. 6. 4, 2). 2, 2 *dies et nox invicem vertunt*. 2, 2 *inquietat*. 2, 6 *eructant* (apol. 48, 14). 2, 6 *producunt* (cf. Löfstedt 21 et Thes. s. v. *duco* 2142, 31). 2, 6 *stipantem* (3, 2). 3, 2 *explicat* i. prodit (Thes. 1728, 31). 3, 3 *suspendit . . . promovet*. 3, 4 *exterminat*. apol. 5, 9 *neque congregant neque participant nobiscum*. Cf. Ambr. Sat. 1, 16 *coartavit animus*. 2, 97 l. 6 *nec paterni nominis adpellatione revocavit* Abraham filium immolans. Carm. adv. Marc. 2, 101 *grex omnis in aras decremet*. Euseb. Emes. serm. 10, 15 p. 248, 12 *Israel quidem non est suasus deum . . . adorare, gentes autem . . . suaserunt simulacra . . . relinquere* (cf. Ambr. paenit. 2, 2, 12 sub n. 117 b). Hoppe 63. Hofmann § 165. Bonnet 629 sqq. Hic usus est proprie absolutus: activum usurpatur sine obiecto; *mutat* est igitur i. q. mutationem facit.

b) Non huc pertinet virg. vel. 5, 7 *divinitas animae in usum sermonis eduxit . . . uti mulieres nostras dicamus uxores*, ubi *eduxit* transitive usurpatur: obiectum est sequens enuntiatum *uti dicamus* (*eduxit* esse i. q. evasit dicit Löfstedt 21). Et fug. 14, 1 *colligemus* (14, 2 *si colligere interdiu non potes*) absolute dictum est pro *collectas facere* (Thes. III 1621, 64 sqq.).

participiorum:

52. partic. perf. pass. pro gerundivo: Scap. 5, 3 *quid ipsa Carthago passura est decimata a te?* i. cum decimabitur. virg. vel. 3, 3 (cum indignatione dictum:) *et virgines videntur, quae aliquid a viris petere possunt, nedum tale factum, ut* eqs. i. ut tale quid fiat. pall. 5, 6 *saevitia delectatos*. Carm. adv. Marc. 2, 76 *vastatae* (*vastandae* Müller) *pignora gentis*.

gerundivum pro partic. praes. pass.: monog. 13, 2 *in viduitate temptanda, immo et in deliciis habita*. pall. 3, 1 pluma pavonis *totiens mutanda, quotiens movenda*. Cf. *secundus* i. ἑπόμενος, *oriundus, volvendus*.

infinitivi:

52a. adv. Hermog. 42, 2 *si fuit aliquid in materia, propter*

quod eam formare. sic recte codd., *formaret* R^3, edd. Cf. Thes. s. v. *habeo* 2438, 52 sqq. Löfstedt ad Peregr. Aeth. 251. Svennung, Palladius 439. Hofmann § 310b.

Praepositionum:

53. *ab*: sensu temporali i. q. post (cf. *ad* n. 54 c), Thes. 36, 59: monog. 9, 8 *mortuo a viro* v. s. n. 23. 11, 15 *qui est a fide* (i. postquam Christianus factus est, Thes. VI 690, 32) *primus maritus.* virg. vel. 1, 11 *solus a Christo magister.* pall. 1, 2 *ab humeris* i. postquam humeros Romanorum vestivit.

de auctore et causa: fug. 5, 4 *protectionis ab illo.* Scap. 2, 11 *ultionem a nobis.* Thes. 30, 64.

cum abl. respectus sive limit.: virg. vel. 3, 8 *denudasti puellam a capite* i. quod ad caput pertinet. 17, 2 *a fronte protectae.* pall. 1, 1 *ab imperio et a caelo bene est.* 4, 2 *labis vacuerat* (i. labia non habuerat) *ab uberum gustu.* Thes. 35, 4. 27. Hoppe 33.

ponitur pro genetivo (qualitatis): virg. vel. 9, 5 *virginem ab annis nondum viginti* (SB 99). Cf. Itala apoc. 5, 1 (Aug. epist. 164, 9) *primogenitus a mortuis* (νεκρῶν, Vulg. *mortuorum*) et tria alia exempla Thes. 40, 66, quibus addas Italam thren. 1, 2 apud Ambr. paenit. 2, 6, 45 et obit. Valent. 4 *nec est qui eam consoletur ab omnibus* (ἀπό, Vulg. *ex*). Euseb. Emes. serm. 11, 2 p. 256, 10 *quia a fratribus quidam fidelis interrogationem nobis obtulit.* 14, 4 p. 324, 27 *unde est Esaias? ab his, qui affixerunt cruci, ex ipsis adversus ipsos.* 6, 8 p. 156, 16 *non enim ab illis iudicium est.* 13, 13 p. 300, 4 *ut . . . nullum a piscatione capiant fructum.* Tertulliani locus est antiquissimum exemplum huius usus.

fug. 4, 2 *a multorum sensu displicent* fort. dictum secundum *abhorrere* sim.

54. *ad*: **a)** sensu finali: Scap. 4, 2 *contenditis ad elidendos nos* (cf. Sall. Cat. 23, 5 *studia hominum accendit ad consulatum mandandum M. Tullio Ciceroni*, Thes. 529, 19. 24. 27. 35. 56).

b) de comparatione (Thes. 547, 82. 548, 6. 78) i. q.

secundum: pall. 4, 1 *ad Graios estis* i. Graecorum more vivitis (cf. monog. 17, 7 sub n. 60 d et resurr. 39, 3 *ad Saducaeos sapere*). scorp. 9, 2 *ad exemplum*. Auson. 205, 11 *disputator ad Cleanthen Stoicum*.

c) sensu temporali i. q. post (cf. *ab* n. 53), Thes. 557, 65: virg. vel. 11, 9 *ad desponsationem velantur*.

d) pro dativo (Thes. 557, 78. cf. Thes. s. v. *in* 791, 29): virg. vel. 11, 5 *ad virum tradere*.

e) usu praedicativo (Wiener Studien 68, 1955, 48. 50) i. q. 'ut', 'pro': mart. 3, 3 *quodcumque hoc durum est, ad exercitationem virtutum deputate* (idol. 10, 7 *huic necessitas ad excusationem deputatur*). fug. 2, 1 *sequi diaboli iniquitatem ad instrumentum persecutionis*. 6, 1 *ut eam ad velamentum utantur*.

55. *apud*: i. q. in: pall. 3, 3 chamaeleon *apud vineam ferme est*. monog. 11, 5 *quae huic capitulo diversa* (i. contraria) *sunt apud doctrinam Pauli*. adv. Marc. 1, 21, 4 *traditio apostolorum, quae hodie apud ipsorum ecclesias editur*. Thes. 337, 61. 338, 13. 339, 11. Hoppe Beiträge 29 sqq.

56. *cum*: i. sub (sc. milites sub imperatore): pall. 2, 6 *Corinthii cum Archia muniunt Syracusas*. Thes. 1347, 71 (Cato orig. 86 *mitte mecum Romam equitatum*. al.).

i. q. coram, apud: virg. vel. 7, 7 *cum deo assistens*. pall. 3, 5 *cum ipsis*. idol. 9, 6 *cum Sergio Paulo . . . luminum amissione multatus est*. anim. 43, 11 *voluit deus . . . humani . . . initii ac finis lineas* (i. mortem et somnum) *cotidie agere nobiscum* (i. apud nos). 56, 2. Thes. 1375, 7. 1360, 9. SB 66.

variis notionibus coniunctionis: virg. vel. 9, 3 *necessitas humilitatis* (virginis) *cum muliere censetur* i. virgo ut mulier humilis esse debet. pall. 2, 4 *propinquitas maris iuxta cum solo mortum vivit* i. propinquum mare aeque ac terra mortuum est. 3, 3 *timebis aliquid amplius cum leone* i. vocem 'leonis' audiens. 4, 8 *leno lanista tecum vestiuntur* i. similiter ac tu. resurr. 44, 10 *'cum ipso' 'sicut ipsum' sapit*. Cf. Euseb. Emes.

serm. 9, 9 p. 221, 8 *omnia per ipsum et nihil cum ipso.* Claud. Mam. anim. praef. p. 18, 8 *tecum magni viri.* Thörnell I 58.

57. *de*: sensu temporali i. q. post: monog. 2, 4 *sic* (i. deinde) *de principali regula* i. post contestationem divinitatis Christi. SB 114. nat. 1, 11, 3 *de Iudaeis debellatis* v. s. n. 23; alia v. Thes. 65, 11 sqq.

sensu causali: pall. 1, 1 *tunicae* famosae *de subtegminis studio.* 4, 6 *de incendio gloriae.* Alia Thes. 66, 43 sqq.

sensu partitivo: monog. 4, 4 *de filiarum suarum numerositate* i. aliquam de multis filiis suis. Thes. 57, 66. Cf. adv. Marc. 3, 13, 8 (psalm. 71, 15) *dabitur illi ex* (Thes. 1118, 51. 65) *auro Arabiae* (*de* Vulg.). 4, 13, 2 *Naum ex duodecim.*

sensu instrumentali: fug. 1, 1 *de stilo.* pall. 1, 2 *ut Scipionem de habitu salutasset.* 2, 2 *de tranquillo . . . de flustris.* 3, 3 *de corio suo ludere.* 6, 1 *de occursu meo.* orat. 8, 2 *sacrificare de filio.* Thes. 62, 18. 80, 10. Cf. Hoppe 38.

58. *ex*: sensu temporali: virg. vel. 5, 4 *ex primordio.* Thes. 1091, 10.

sensu causali: virg. vel. 11, 1 *quod supra intermisimus ex parte subsecutae disputationis*, 'zugunsten der darauffolgenden Auseinandersetzung' (subsecutae disputationis gratia) recte Kellner interpretationem de la Cerdae secutus 'in gratiam'; cf. apol. 21, 18 *Pontio Pilato Syriam tunc ex parte Romana administranti* et Peregr. Aeth. 3, 2 *ex ea parte . . . quia*, Ven. Fort. vita Marcell. 3, 11 *ex hac parte . . . quia.* Löfstedt ad Peregr. Aeth. 4, 2. pall. 2, 1 *ex demutatione diversa sunt.* 2, 4 *ex huiuscemodi nubilo et Tuscia Vulsinios deusta.* Thes. 1104, 13.

sensu instrumentali: fug. 12, 2 *hoc ipso, quod stetisti ex redemptione, fugisti.* 12, 3 *ut autem redimas hominem tu nummis, quem ex sanguine suo redemit Christus.* Thes. 1111, 52. 76. 1112, 14. 40. 45. 83.

Sensu praedicativo (cf. sub n. 54e): pall. 4, 10 *ex virorum fortium donis* i. ut dona ('als Präsente' Kellner recte). Thes.

1125, 40: Caes. Gall. 3, 20, 1 *Aquitania ... ex tertia parte Galliae est aestimanda.* Tert. adv. Marc. 2, 24, 8 *paenitentia, quae neque ex improvidentia neque ex levitate reputetur.* Ps. Apul. herb. p. 266 *id ex incerto accipere.* Cf. etiam sub n. 59c.

59. *in* c. acc.:

a) temporale: pall. 2, 7 *deo tot Augustis in unum favente* i. una, simul. Thes. 743, 55.

b) relativum: monog. 6, 3 *in utrumque mutatus est* i. in utraque re. Thes. 758, 36 (Liv., Manil., Quint.). pall. 2, 1 *diversa in unum ex demutatione diversa sunt* i. in aliqua re. Thes. 759, 45. — i. q. de: fug. 1, 1 *in eam renuntiaturus.* virg. vel. 5, 9 *ut non de ipsa Eva dixerit, sed in illas feminas futuras.*

c) praedicativum: monog. 2, 1 *in haeresim exprobrant* i. ut haeresim. fug. 11, 3 *in praedam esse* i. pro praeda. virg. vel. 5, 2 *factum est in adiutorium.* Thes. 768, 3. Cf. sub 60 e.

d) pro abl. (Hoppe 41, Thes. 794, 81): monog. 5, 6 *an in eandem te formam conveniat.* 7, 4 (I Cor. 7, 29) *tempus in collectum est* (sic etiam 11, 7 et castit. 4 cod. A; at sex aliis locis *in collecto* omnes; gr. συνεσταλμένος. Cf. Thes. 789, 26. 795, 31). 7, 2 *idque saepius evenire in unam personam potest* (cf. *in* occasionis Thes. 779, 65). 9, 10 *duorum in unam carnem perseverantiam.* fug. 7, 4 (apoc. 21, 8) *timidis offert ... particulam in stagnum sulphuris* (scorp. 12, 11 *in stagno*, gr. ἐν τῇ λίμνῃ). 12, 9 *eis in persecutionem succurrerunt* (cf. Thes. 779, 29). virg. vel. 4, 2 *in alias utriusque generis facere mentionem.* Alia Thes. 794, 81. — Abl. et acc. iuxta positi: fug. 5, 4 *stare sub dei arbitrium* (N, -*o* cett.) *quam fugere sub nostro.* 10, 4 *non dico in mari et terra, verum in uterum* (FXR^1, -*o* N) *etiam bestiae.* virg. vel. 8, 2 *virginem in mulierem intelligendam ... puerum in viro deputandum* (cf. Thes. 788, 1).

60. *in* c. abl.:

a) i. q. in possessione: monog. 3, 5 et castit. 3, 8 *ut remaneat in boni nomine* i. in possessione boni nominis. apol. 46, 17 *in nomine et honore sapientiae perseverant.* Thes. 773, 37.

b) condicionale: monog. 9, 8 *in repudio matrimonium dirimente*. Cf. sub n. 23.

c) causale: monog. 7, 4 Ier. 31, 30 = Vulg. *in suo delicto morietur* (Ier. 38, 30 ἐν). fug. 11, 1 *in persecutionis tolerantia*. virg. vel. 16, 4 *in te periclitantem*. 11, 10 *pubertatem in annis, non sponsalibus decernentes*. Thes. 782, 47. 783, 8.

d) i. q. secundum: monog. 4, 1 *in lege agere*. 17, 7 *in illo* (Adam) *fuisti* (vixisti; cf. pall. 4, 1 *ad Graios estis* sub n. 54b). Thes. 787, 25.

e) praedicativum: monog. 14, 4 *utrumque in bona disciplina deputatur*. fug. 4, 3 *etiam in mali parte bonum est*. pudic. 13, 25 *qui in ecclesia censetur*. bapt. 5, 7 adv. Marc. 4, 14, 16. 5, 15, 7. Thes. 788, 46. Cf. sub n. 59 c.

f) instrumentale: Scap. 5, 5 *in aliquo scrupulo percussus*. pall. 1, 1 *in fibulae morsu*. resurr. 61 (Matth. 4, 4) *non in pane vivit homo* (ἐπ' ἄρτῳ). carn. 23, 3 *in partu suo nupsit*. uxor. 2, 2, 6 *carnis sanctae in carne gentili inquinamentum*. adv. Marc. 3, 1, 2 *in praescriptionum compendiis vincit*. ieiun. 7, 1. Thes. 792, 4, alia Tertulliani ibidem 793, 10. 16. 29. 44. 52.

g) finale: fug. 11, 2 *in compensatione*. bapt. 7, 1 *ungui in sacerdotio* (B, *-um* T; cf. Vulg. exod. 29, 1 *ut mihi in sacerdotio consecrentur*). Thes. 790, 37.

h) pro acc.: monog. 16, 8 *in quo saeviat*. fug. 2, 3 (Iob 1, 12) *in manu tua do* (adv. Marc. 3, 22, 5 Ezech. 9, 4 *in frontibus*, gr. ἐπὶ τὰ μέτωπα). mart. 2, 1 *in carcere* (FXR[1]) *introire*. apol. 12, 5 *in insulis relegamur*. carn. 15, 3 *in caelo resumpta est* (adv. Prax. 2, 1). adv. Prax. 16, 2 *omnia tradita in manu eius*. resurr. 18, 9 *anima nec in veritate mortis* (i. in veram mortem) *cadit, quae nec in imagine eius ruit*. pall. 3, 2 *languescit in iuventute*. Alia Hoppe 41. Thes. 797, 71. Cf. fug. 12, 11 *sub aliqua redemptione . . . redigendis*.

Coniunctionum:

61. *si quis* i. q. '(ali)quis, qui' (*si* abundat): pall. 2, 1 *si quem Plato aestimat*. 2, 2 *si qua missilia*. apol. 19, 6 *si quis . . .*

Iosephus. Plin. epist. 1, 1, 1. Cf. pall. 1, 2 *sicubi* i. ubi et Thes. s. v. *hic* 2734, 44 (Val. Max. 2, 7, 15 p. 90, 18, Icti, CE 944, 1). anim. 18, 9 *si quando* i. aliquando.

si i. 'etsi': monog. 10, 11 *si . . .*, *sed* (Hoppe 108). 11, 17 *si ita esset*. adv. Prax. 1, 3 *si filius dei esset, numquam illum fortasse dignarer*. SB 62.

62. *ut* consecutivum c. indicativo: monog. 15, 3 *in tantum . . . ut putant*. Scap. 1, 1 *ut accedimus*. cult. fem. 2, 2, 4 *ut . . . liberaberis* (? *libereris* A). Cf. CIL VIII 2728 (ca. a. 152) *adeo, ut . . . petit*. Peregr. Aeth. 19, 3 *ecclesia . . . valde pulchra . . ., ut vere digna est esse domus dei* (v. Löfstedt ad l.). 43, 5. 7, 3. Hofmann § 346 (apud Ictos, Luciferum, Chironem, Apicium, in Itala, al.).

63. *qua* i. 'quia': monog. 8, 4 *qua . . . erat collocatura*. 9, 5 *qua adulterium* (i. stuprum) *in matrimonio* (tantum) *crimen est*. fug. 6, 9 *qua ad hoc tempus erat praecepti*. virg. vel. 4, 1 *qua non iubentur*. test. anim. 4, 6 *nihil tibi est timendum post mortem, qua nec experiundum post mortem*. CIL IX 60 (saec. I/II) *in sumptum superet tibi semper, qua non sprevisti hunc lapidem*. Alia apud Löfstedt ad Peregr. Aeth. 4, 2 p. 126. Hartel, Patrist. Studien III 42 (Cypr.). Hoppe 59, Hofmann § 355.

Singularum particularum et adverbiorum:

64. *et* i. q. 'et ideo': pall. 2, 3 *et Sibylla non mendax*. Thes. 892, 70.

i. q. 'et profecto': monog. 14, 8 *discessit et ille dives* i. et profecto discessit. Thes. 892, 77.

i. q. 'et tamen': virg. vel. 5, 4 *omnibus animalibus Adam nomina imposuit et nemini ex futura condicione*. pall. 2, 4 *et urbes retro* (fuerunt). 3, 3 *et promovet*. Thes. 893, 4.

i. q. 'sed': mart. 2, 9 *spatiare . . . et non stadia opaca*. adv. Marc. 4, 27, 1 *iubet omni petenti dare et ipse signum petentibus non dat*. Thes. 893, 39. Cf. sub 65b. 66. 67.

65. *etiam*: **a)** i. q. 'etiam ipse, ipse quoque, gleichfalls':

monog. 3, 9 *etiam secundum sanctitatem carnis admonuit incedere* (cf. I Ioh. 2, 6 ὀφείλει . . . καὶ αὐτὸς οὕτως περιπατεῖν). mart. 4, 1 *ut ab eo etiam ipsam* (i. eandem) *fortitudinem assumat* (de pleonasmo v. sub n. 103a). virg. vel. 2, 1 *ut consuetudini etiam consuetudinem opponam.* resurr. 43, 5. carn. 10, 2 *etiam non carneam.* SB 110.

b) i. q. 'autem': virg. vel. 4, 7 *naturale vocabulum est femina, naturalis vocabuli generale mulier, generalis etiam speciale virgo vel nupta vel vidua.* Cf. Itala II Macc. 9, 23 BM *cogitans etiam* (δέ). 15, 14 B *respondisse etiam* (δέ). 13, 21 B *annuntiavit etiam* (δέ). 12, 14 B *hi etiam intus* (οἱ δὲ ἔνδον). 14, 39 B *volens etiam Nicanor manifestare* (δέ). 15, 33 B *linguam . . ., manum etiam* (δέ). Iuvenc. 4, 248. Tycon. in apoc. 12, 4 p. 329, 31 (Spicil. Cas. 3, 1) *primus . . ., secundum . . ., tertius . . ., quartus etiam.* Vulg. Iudith 5, 14 *egressis etiam mare Rubrum deserta Sina montis apparuerunt* (δέ). Philipp. in Iob 24 p. 680^{C} (Migne 26) *quidem . . . etiam . . . quoque* (i. 'autem'). Diosc. 1, 5 p. 6, 12 M. 1, 8 p. 8, 31. 35. 1, 14 p. 12, 28. 1, 18 p. 14, 25. 1, 24 p. 16, 23 *cancama etiam lacrimus est arvoris Arabie* (δέ). Cassiod. Ios. antiq. 13, 1 l. 8 *adiuvabat etiam horum malitiam et fames* (3 δέ . . . καὶ λιμός). 17, 11 l. 21 *primi quidem . . ., post quos . . ., post istos etiam* (198 μὲν . . . δὲ . . . δέ). Vita Caes. Arel. 2, 49 in. *sancti etiam corporis vestimenta . . . diripiebantur.* Pass. Stephan. 14 in. (AASS Aug. I 142^{D}) *post multos etiam dies factum est, ut.* Cf. sub n. 64. 66. 67.

c) i. q. 'etiamsi, quamquam': pall. 4, 10 *etiam simplicis . . ., tamen superstitionis reum.* Thes. 952, 74.

66. *porro*: i. q. 'autem, sed, at enim': fug. 1, 3 *iudicium est persecutio . . .; porro iudicium soli deo competit.* 13, 1 *'petenti' inquit; porro qui incutit, non petit.* virg. vel. 14, 2 idol. 14, 1 nat. 1, 3, 2 uxor. 2, 2, 8; multa Hoppe 113, Oehler I 419. 434. Cf. sub 64. 65b. 67.

67. *quoque*: i. q. 'autem': Scap. 3, 6 *tibi quoque optamus.*

idol. 16, 3 nat. 1, 7, 16 pudic. 16, 15 (I Cor. 7, 8 δέ, Vulg. *autem*). Itala II Macc. 3, 26 P δέ, item 8, 81. 9, 9. 11, 7 al. Löfstedt ad Peregr. Aeth. 4, 8 p. 138. Hofmann § 257.

68. *iam* (SB 56—59): elativum i. q. 'vel, etiam': monog. 16, 4 *iam plures* (Thes. 125, 12). mart. 2, 7 *vacas a scandalis, . . . iam et a persecutione.* pall. 3, 6 *animata iam* (postpositum, cf. n. 90b) *stamina.* resurr. 44, 4 *post dei templum* (i. postquam dei templum dictum est, cf. n. 88) *iam et* (de pleonasmo cf. Thes. 126, 69) *sepulchrum dei potest dici.* adv. Marc. 5, 8, 11 *et illas iam.* Thes. 127, 2.

enumerativum i. q. 'denique': pall. 2, 6 v. s. n. 69. 4, 9 *lupas . . ., ipsas quoque iam frictrices.* Thes. 123, 70.

conclusivum i. q. 'ergo': monog. 14, 4 *si iam iustum est matrimonium separari.* fug. 2, 7 *habere videtur diabolus propriam iam* (postpositum, v. n. 90b) *potestatem.* pall. 3, 3 *proinde . . . iam.* Thes. 128, 77.

69. *iam nunc* in argumentatione i. q. 'nunc autem': fug. 5, 2. 13, 3. test. anim. 4, 1 adv. Marc. 1, 5, 3 adv. Hermog. 19, 2. Huc pertinere videtur pall. 2, 6 *iam et primitus maiorem ambitum terra* (habuit). Thes. 122, 63.

70. *adeo*: paradoxum i. q. 'vel, etiam, sogar': fug. 12, 11 *et adeo voluntas dei sic est.* Thes. 612, 58. — conclusivum i. q. 'ideo, igitur, itaque': fug. 1, 7 *adeo et ex hoc ipso ostenditur* eqs. 4, 4 *adeo igitur.* 6, 6. Scap. 4, 2. pall. 5, 1 *adeo nec artificem necesse est.* Thes. 614, 14. 616, 29. SB 130. — gradativum i. q. 'adhuc, etiam': monog. 3, 9 *adeo manifestius.* Thes. 615, 46.

71. *quam* i. q. 'tam quam, magis quam': monog. 1, 6 *quid concupiscet quam.* 11, 19 *nihil custodiendum est quam.* pall. 5, 2 *nullius indumenti expositio quam togae gratulatur.* Hofmann § 320 I a. Hoppe 77, Beiträge 47.

72. *tam* c. positivo est pro elativo sive pro 'valde': virg. vel. 8, 3 *tam instructa definitione* i. instructissima. adv. Marc. 3, 16, 1 *cur etiam Iesus voluit appellari, non tam expectabili*

apud Iudaeos nomine? 4, 1, 2 *quamquam tam facile est praescriptive occurrere.* 4, 26, 1 *a quo tam aspero . . . fulmine potuisset elidi.* 5, 9, 8 *adiecit 'ex utero', tam vane, quasi aliqui hominum ex utero natus dubitaretur.* Comm. apol. 233 *o pia religio, o tam veneranda maiestas.* 271 *Salomon quoque tam aperte de illo prophetat.*

73. *ita* i. q. 'itaque': fug. 2, 2 *ita et iniquitas adhibetur.* 6, 10 *atque ita omnes aierunt* eqs. virg. vel. 11, 3 apol. 1, 5. 3, 3 al. anim. 10, 7. 9. 11, 1. 12, 4. 17, 5. — in apodosi: fug. 2, 2 *quod ministerium est servitii . . . , ita* (i. ideo) eqs.

i. q. 'eodem modo': fug. 4, 3 *statu optima res pudicitia . . .; ita et persecutio statu bona est.* Faust. Rei. spir. 2, 1 p. 131, 20. 132, 13. Cf. infra sub *sic* et mart. 4, 6 *tot* i. totidem, *hic* i. q. idem Thes. 2729, 14.

i. q. 'deinde': monog. 2, 3 *primo . . . et ita* (7, 2). 9, 6 *videamus . . . et ita cognoscemus.* mart. 1, 3 *ut illic vobiscum perseveret, ita vos inde perducat ad dominum.* Cf. infra sub *sic.*

74. *sic*: i. q. 'eodem modo, itidem': fug. 11, 3 *sic Zacharias comminatur.* virg. vel. 4, 8. 10, 1. pall. 1, 3 *sic denique nec pallium agnoscitur.* — *sic et*: fug. 9, 2. 4 *sic et alibi.* Scap. 2, 5 pall. 1, 2. 2, 2 bis. 2, 6 ter. Gerlo p. 21. Thörnell II 95. adv. Marc. 4, 15, 14 (*sicut* Kr.). 4, 24, 4. Cf. supra sub *ita* et mart. 4, 6 *Regulus . . . clavis transfixus tot* (i. totidem) *cruces sensit.* 2, 8 *hoc* (i. idem, Thes. 2733, 56) *praestat carcer Christiano, quod eremus prophetis.*

i. q. 'deinde': monog. 2, 4 *primo . . . et sic.* Cf. supra sub *ita.*

75. *nec* i. q. 'non': fug. 2, 3 *nec . . . nisi.* 9, 2 *immobiles . . . utique nec fuga mobiles.* 11, 4 *si . . . nec decet, immo nec licet.* mart. 4, 2 *colloquatur . . . nec iam* (de) *incommodis.* virg. vel. 4, 1 *non iubentur, quae nec nominantur.* 9, 5 *nec qua vidua caput texit.* pall. 3, 3 *nec sucus est corpori.* 4, 1 *nec honestis modis.* idol. 18, 3 *purpura illa nec iam dignitatis erat, sed ingenuitatis . . . insigne.* adv. Marc. 4, 40, 2 *nec magis quam.*

scorp. 11, 8 *quae nec praedicata sunt.* pudic. 2, 14 p. 224, 12 *ubi nec postulationis* (ratio est), *ibi aeque nec remissionis.* Cf. Scap. 1, 2 *necdum* i. nondum. Thörnell II 74 sq. Svennung 497. Löfstedt ad Peregr. Aeth. 3, 2 p. 88.

i. q. 'neve': mart. 1, 5 *fugiat . . . nec illi bene sit.* pall. 4, 5 *ne⟨c⟩* Kroymann, cf. adv. Marc. 4, 36, 10.

76. *nihil* i. q. 'non': fug. 1, 7 *nihil enim vacatur nisi timori.* 13, 2 *nil minanti.* mart. 2, 7 *nihil vides alienos deos.* pall. 5, 4 *nihil officia advigilo.* apol. 11, 6 spect. 1, 3. SB 53.

Anticipatio subiecti.

76a. adv. Marc. 5, 15, 4 *ait eos . . . quod . . . auferentur.*

De analogia.

77. virg. vel. 11, 5 *desinit virginem*; hoc uno loco *desinere* coniungitur cum obiecto personae ad analogiam obiectorum rei saepius occurentium: Ter. Haut. 305 *telam*, Cic. epist. 7, 1, 4 *artem*, Sall. hist. frg. 1, 28 *bellum*, al. Thes. 729, 25. Secundum hanc locutionem quae est *desinit virginem* dicit pall. 4, 2 *si puellam perseverasset* (apol. 9, 3 *perseveratur hoc sacrum facinus.* nat. 1, 8, 5 *vitam nutrici.* patient. 4, 9 *patientiam*). Löfstedt 52.

78. pall. 2, 5 *piget tristitia non minus, quam et regnorum vices recensere.* Apud comicos *piget* cum nominativo pronominis legimus coniunctum, hic cum nominativo substantivi; *tristitiam* autem dicit pro *tristibus rebus*, abstractum pro concreto ponens ut saepius, v. sub n. 82; quod autem subiecta verbi *piget* sunt substantivum *tristitia* et infinitivus *recensere*, nihil offensionis habet, cf. Verg. Aen. 6, 619 *discite iustitiam . . . et non temnere divos.*

79. monog. 11, 17 *sine ullo pudore . . . etiam ethnicos* (N, *-is* cett.) *congruente* i. 'decente' posuit, congruere cum acc. coniungens secundum *decere* et *convenire* (monog. 12, 8 *quos monogamia non convenit* i. in quos cadit, cf. pudic. 7, 5 *ut neges in ethnicum competere, quae in Christianum existimas convenire* et Thes. 833, 39 *convenire* c. acc.); item monog. 13, 3

ascribentem Romanos eum solus cod. N veram lectionem servavit ceteris asperam structuram levigantibus, dum *ad Romanos scribentem* corrigendum esse putant; sed eodem modo pall. 5, 4 *advigilo* cum acc. coniunxit, *nihil* (i. non) *officia* (N, *officio* cett.) *advigilo* dicens ut Symm. epist. 5, 49 *hanc operam perseveranter advigilo*. V. etiam n. 113 et SB 73.

quare etiam fug. 4, 2 *quae a multorum sensu displicent* recte dictum esse videtur secundum *discrepare ab* ('similiter etiam verba *dissidere, distare, abhorrere* et similia praeter legitimam passim admittunt etiam simplicis dativi structuram' Oehler); fortasse autem *a* est i. q. apud, ut Comm. instr. 1, 30, 20 *expiate malum vestrum benefactis a Summo* (duo alia exempla Thes. 40, 78); insolita notione praepositionis *ab* Tertullianus etiam virg. vel. 9, 5 usus est, v. sub n. 53.

80. monog. 11, 3 *si sapias, taceas defuncto*. Secundum *loqui* c. dat. etiam *tacere* c. dat. coniunxit. Cf. Vulg. Iob 11, 3 *tibi soli tacebunt homines?*

Constructionis ad sensum exempla.

81. numeri (Hoppe, Beitr. 49): virg. vel. 7, 9 *virgini . . . quarum*. 9, 2 *mulieri . . . nedum . . . vindicarent*. pall. 5, 4 *magisterium, qui . . . consecravere*. 2, 5 *ut autumant superiorum profanitas* i. superiores profani scriptores.

generis: virg. vel. 7, 1 *ad . . . rationes . . ., an eadem . . . competant* (Thörnell II 9. 17 III 29). 13, 6 *constat a deo datum tibi non esse* (continentiae virtutem), *quod illum non soli deo praestas*. pall. 2, 4 *propinquitas maris* (i. propinquum mare) . . . *mortum vivit*. 3, 4 *sapientiam hauddum licitum* (i. utpote illicitum) *potitur*. Cf. Euseb. Vercell. praef. III 18 b. SB 83.

De stilo:

Abstractum pro concreto (Hoppe 91—94. SB 17—21).

82. pro singulari: monog. 6, 3 *digamia* i. digamus, *circumcisio* i. circumcisus, Thes. 1125, 75. 6, 4 *digamia* i. digamus, *monogamia* i. monogamus. 6, 8 *arbitrium* i. arbiter, testis, Thes. 410, 12 (Aetna, Sen., Apul., cf. *testimonium* i. q. testis

Peregr. Aeth. 45, 3, Löfstedt ad 3, 6 p. 111 sq., francogall. *témoin*, it. hisp. *testimonio*, *testimonia*; cf. angl. *witness*). 6, 9 *promissio* i. terra promissa (scorp. 1, 12). 10, 2 et 14, 1 *matrimonium* i. maritus, Thes. 480, 79. virg. vel. 2, 4 *delictum* i. delinquens. pall. 2, 6 *dominium* i. q. fines, possessio (Thes. 1898, 4).

83. pro plurali: monog. 3, 10 *disciplina* i. discipuli, Thes. 1322, 44 (Ter.). 9, 3 *separatio* i. separati, *coniunctio* i. coniuncti. 14, 3 *fraternitas* i. fratres (Thes. 1258, 68 sqq.). 14, 9 *virginitas* i. virgines. 17, 4 *monogamia* i. monogami, *viduitas* i. viduae. virg. vel. 5, 3 *subtilitas* i. homines subtiles. 11, 8 *pudor* i. pudenda membra. Scap. 4, 2 *innocentia* i. innocentes. pall. 2, 5 *tristitia* i. tristes res. ibid. *profanitas* i. profani. 4, 10 *haec sapientia* i. nos sapientes, Christiani. 5, 4 *magisterium* i. magistri.

84. Abundantia v. s. v. Pleonasmus.

Adiectivum pro substantivo.

85. **a**) monog. 8, 7 *victuaria exhibitio* i. exhibitio victus. pall. 5, 7 *sermo palliatus* i. sermo hominis palliati. Cf. Cic. Cato 2, 5 *agrestis luxuria*. Cf. Löfstedt ad Peregr. Aeth. 3, 1 p. 76 sqq. Hofmann § 55 b α. 53 a α.

b) Itala Eph. 6, 12 fug. 1, 5 *spiritalia nequitiae* (τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας) i. est malos spiritus. Tert. apol. 20, 3 *portentis naturalium* (i. naturae) *forma turbatur*. nat. 2, 12, 18 *seminalia* i. semina. adv. Marc. 4, 22, 3 *cum principalibus suis* Moyse et Elia. Cf. *materiale* i. materia (Thes. 466, 42), *hibernum* inde a Min. Fel. 34, 11, *vernum*, *crastinum* inde a Plauto, *hesternum* inde ab Sen. et Svennung, Orosiana 125 (*rationale* i. ratio, hisp. *racional*). Talia adiectiva denominativa multa in linguas Romanicas recepta sunt (Gröber ALL 1 sqq.) et quidem exeuntia in *-inus*: *buccinum* (a *bucca*): francogall. vet. *bousin*; *collina* (a *colle*): it. *collina*; *culicinus* (a *culice*): francogall. *cousin*; *famina* (a *fame*): francogall. *famine*; *muscinus* (a *musca*): it. *moschino*; *narina* (a *naribus*): francogall.

narine; *pectorina* (a *pectore*): francogall. *poitrine*; *radicina* (a *radice*): francogall. *racine*; *sitina* (a *siti*): francogall. vet. *seine*. — in *-aceus*: *minacia* (a *minis*): francogall. *menace*, it. *minaccia*. — in *-anus*: *fontana* (a *fonte*): francogall. *fontaine*, it. *fontana*; *montana* (a *monte*): francogall. *montagne*. — in *-eus*: *eboreus* (ab *ebore*): francogall. *ivoir*, it. *avorio*; *fageus* (a *fago*): it. *faggio*; *quercea* (a *quercu*): it. *quercia*. — in *-ensis*: *pagensis* (a *pago*): francogall. *pays*, it. *paese*. — in *-icus*: *natica* (a *natibus*): francogall. *nage*, it. *natica*. Cf. etiam čech. *žena: ženská*, γυνή; *muž: mužský*, vir.

Asyndeton:

86. binarum vocum (bimembre):

a) forma *A, B*: monog. 9, 2 *exprobrat, compescit*. fug. 10, 2 *in pugna, proelio*. 4, 1 *divinum, rationale*. virg. vel. 3, 6 *petulantiam, impudentiam*. mart. 1, 5 *taediis, defectionibus*. pall. 3, 3 *hebes, fessus*. adv. Valent. 12, 2 *filiis, nepotibus*. 33, 2 *Monogenem, Veritatem*. resurr. 17, 2 *substantiae, soliditatis*. 38, 1 *de capulis, de sepulchris*. Multa alia Hartel, Patrist. Stud. II 41 n. 1. Hoppe, Beiträge 51. SB 22—24.

b) forma *A et B, C* (Säflund 79): pall. 4, 1 *unctio et . . . volutatio, . . . saginatio*. 5, 7 *Nerones et Apicios, Rufos*. resurr. 53, 2 *corruptelam eius et dedecorationem, infirmitatem*. 55, 8 *exsanguis et exalbida, frigida*. anim. 45, 4 *affecte et anxie, passibiliter*. 46, 12 *medicinarum et admonitionum, praenuntiationum*. adv. Valent. 4, 2 *sensus et affectus, motus*. 37, 1 *inexcogitabile et inenarrabile, innominabile*. 29, 1 *Cain et Abel, Seth*. carn. 7, 13 *audientes et credentes, cohaerentes Christo*. Petron. 50, 6 *catilla et paropsides, statuncula*. Serm. 2 Corp. Vind. 21 p. 229, 22 *libertates ac praesentium inlecebrae, cupiditates*. Mar. Victorin. in Phil. 1, 19 Migne 8, 1199^{C} *audaciter ac temere, libenter*. Exempla priscae Latinitatis (Löfstedt 32): Plaut. Rud. 930 *agrum atque aedis, mancipia*. Cato frg. 110 ed. P. *magnus atque pulcher, pisculentus*; alia Thes. s. v. *et* 878, 35. Thörnell II 20. Hofmann, Stil. § 40. SB 24.

De forma *A et B et C, D* v. Thes. s. v. *et* 878, 51, ex gr. Plin. nat. 18, 306 *in Cappadocia ac Threcia et Hispania, Africa* (non Tert. pall. 4, 1, quod v. supra).

87. enuntiatorum coordinativum: **a)** subauditur *et*: mart. 1, 3 *ut illic vobiscum perseveret* (et) *ita vos inde perducat ad dominum* (cf. sub n. 73). 2, 8 v. sub d). pall. 2, 4 *imbres* ignis de caelo ruerunt (et) *hactenus Sodoma fuit.* 5, 3 *tota molitio eius operire est solutim* (et) *id* eqs.

b) subauditur *sed*: monog. 6, 1 *sit nunc pater noster Abraham,* (sed) *sit et Paulus.* fug. 13, 2 *'etiam pallium concede'.* (sed hoc) *ad eum pertinet, qui* eqs. 13, 3 *omni petenti dari iubet,* (sed) *ipse signum petentibus non dat.* mart. 1, 5 *non dicat* . . .: (sed) *fugiat.* 3, 1 *sit . . . carcer etiam Christiano molestus*: (sed) *vocati ad militiam sumus dei.*

c) subauditur *autem*: monog. 7, 2 *ut redundare possit iustitia nostra . . .; si* (autem) *iustitia, utique et pudicitia.*

d) subauditur *igitur*: mart. 2, 8 *auferamus* (igitur) *carceris nomen* (et) *secessum vocemus.*

e) subauditur *nam*: monog. 14, 9 *nec imputabitur . . .*: (nam) *Ecce, inquit eqs.*

f) subordinativum: coron. 1, 1 *proxime factum est*: *liberalitas . . . expungebatur in castris* (Thes. VI 1, 104, 66: Itala, Vulg., Pass. coron. 1 al. Adde Aug. conf. 9, 4, 7 *factum est, eruisti*). adv. Iud. 1, 1 *proxime accidit*: *disputatio habita est* (Thes. I 295, 47: Cic. epist. 2, 10, 2 Sen. contr. 4 pr. 1 Vulg. Ezech. 16, 23). Cf. Cato orig. 83, 19 *ita evenit*: . . . *vulnus capiti nullum evenit* (Thes. V 2, 1014, 63: Ter., Sen. epist., Plin. nat.). Cf. Amm. 26, 1, 11 *effectum est . . . sit* (29, 2, 4).

Brevitas:

88. locutiones praepositionales, plerumque sensu temporali: monog. 2, 4 *de principali regula* i. postquam principalem regulam fidei Christianae testatus erit sc. divinitatem Christi. 8, 9 *post nuptias* i. post quaestionem nuptiarum itera-

tarum apud Matth. 19, 13 agitatam. 11, 11 *post fidem* sc. Christi receptam. 17, 3 *post viros* i. viris mortuis. mart. 4, 5 *post virum dilectissimum* i. postquam habuit virum d. pall. 1, 2 *post trinas Pompei aras* i. postquam Pompeius ter triumphavit. 3, 6 *post virorem* i. postquam viridia fuerunt. 4, 2 *post incentivum* i. postquam tuba cecinit (Thes. 873, 2. SB 106). scorp. 11, 3 *in parabola seminis post caespitem arefacti* i. postquam in caespitem crevit. adv. Prax. 25, 1 *post Philippum* i. post petitionem Philippi. Alia Oehler II 526. Cf. Sen. Phoen. 50 *timeo post matrem omnia* i. post ea quae in matrem commisi scelera. Faust. Rei. epist. 5 p. 189, 9 *Lazarus post linguas famulantium canum susceptus manibus angelorum.* — Prax. 14, 6 *ante carnem* i. antequam incarnatus est. anim. 24, 8 *ante corpus* i. antequam anima in corpus accessit. — Scap. 4, 1 *sub gladio estis* i. mandato subiecti, quo tantum gladio, non tormentis uti iubemini. 4, 11 *vexatur hoc nomen, sed gladio tenus* i. ita, ut gladio tantum puniatur. monog. 8, 4 *per socrum* i. inde, quod socrum habuit. virg. vel. 9, 6 *praeter annos sexaginta* i. praeter mulieres annorum sexaginta. pall. 1, 2 *ab humeris* i. postquam humeros Romanorum vestivit. Hoppe 140.

89. substantiva nuda:

a) fug. 4, 2 *status sensui addicitur* i. iudicium de statu. 8, 1 *increpito Petri gladio* i. usu gladii. patient. 8, 2 *ictus ... vapulaturus.* Thörnell I 37.

b) monog. 2, 1 *sarcinam* sc. domini. 5, 5 *dispositionis* sc. divinae (bapt. 8, 4 *eadem dispositione.* adv. Marc. 3, 24, 9 *Iudaeorum* i. dei de Iudaeis. Iren. 1, 6, 1 *a dispositione ... circumdatum corpus Christo.* Greg. Ilib. tract. 2 p. 17, 6 V. *dispositionis mysteria.* al.). 5, 7 *figuram* sc. Adam et Evae. 6, 5 *illius* sc. Abrahae filius. 10, 1 *ex lege* sc. dei. anim. 15, 5 *divinarum* sc. scripturarum. idol. 14, 1 *ne nomen* sc. Christi *blasphemetur* (Carm. adv. Marc. 4, 139 *animas pro nomine passas.* 3, 241 *poenas pro nomine passi*).

Collocatio verborum:

90. postpositio: **a**) particulae *et(iam)* (SB 38. 39. Thes. 915, 76. Löfstedt 48. ad Peregr. Aeth. 36, 5): monog. 10, 10 *aliud habebit in spiritu, aliud et in carne* (pro *et aliud*). 14, 5 *habuit et* (Thes. 891, 80). 14, 8 *discessit et ille dives* i. et profecto discessit (Thes. 892, 77). 17, 3 *assidebit et illi matrona Romana.* fug. 13, 1 *amplius et.* Scap. 2, 1 *ceteros et* i. etiam ceteros. virg. vel. 6, 2 *agnosco et* i. porro (Thes. 915, 76) agnosco. pall. 3, 3 *stupens et promovet.* fug. 12, 11 *quomodo et martyria fieri possent?* (cf. Thes. 891, 59 et adv. Marc. 4, 20, 10 *si . . ., et quomodo . . .?* 4, 25, 8. 5, 5, 6. Faust. Rei. grat. 2, 10 p. 88, 16 *si requiras, ubi . . .: et ubi, nisi . . .?*). — de *etiam* postposito v. Thes. 934, 53 sqq.

b) aliarum vocum: fug. 3, 2 *persecutionis vel maxime* (pro *vel m. pers.*) *exitus.* monog. 9, 2 *separabit . . ., separabit non autem* (pro *s. autem non*). pall. 3, 6 *animata iam* i. vel animata. fug. 2, 7 *habere videtur diabolus propriam iam* (i. ergo, v. sub n. 68) *potestatem.* ieiun. 6, 6 *hoc primum, quod . . ., dehinc.* — monog. 7, 1 *onera . . ., secundum sententiam apostolorum quae nec patres sustinere valuerunt.* 17, 1 *Christo quod legent.* fug. 7, 3 *in persecutione quos sciret infirmos.* adv. Marc. 1, 24, 1 *minor numero materiarum suarum quae* eqs. — fug. 10, 4 *fugitivum cum diabolo te reddidisti.* pall. 1, 2 *saecularium cum sortium variavit urna.* 4, 4 *post Olympiae . . . cum fluxisset.* adv. Marc. 4, 7, 4 *vel de caelo etsi descenderet.*

91. antepositio: monog. 7, 1 *aeque ad vetera* (pro *ad aeque vetera*). 7, 9 *et hoc nos* (pro *hoc etiam nos*). pall. 5, 1 *quidem partem.* Cf. Löfstedt 41 sqq. Thes. s. v. *in* 805, 5.

92. hyperbaton: fug. 10, 3 *siquidem et in te mundus iudicatur* (iunge *et mundus*). 11, 2 *non domino adhuc Christo revelato* (pro *non adhuc* i. nondum, Thes. I 653, 32: Plaut. Amph. 248; cf. 656, 65 sqq.). 2, 6 *tantum potestatem abest ut in oves dei habeat.* virg. vel. 11, 7 *etiam Rebeccam quidam adhuc velant* (iunge *etiam adhuc*). 17, 5 *cum sint vel . . . felices.*

scorp. 12, 4 *ut etiam pro fratribus nostris animas ponamus.* Löfstedt 47. Hofmann Stil. § 2.

Compositum pro simplici:

93. monog. 3, 10 *praelatione continentiae imposita* (Thörnell I 10, Thes. 655, 49). 9, 4 *initii formam imposuit.* pall. 1, 2 *moenia imposuit* (Thes. 655, 67). Hofmann § 166 d.

Ellipsis (v. etiam sub 89 b):

94. verbi *esse* (Säflund 82): **a**) omittitur in perf. pass.: *est* (cf. Bonnet 709. Svennung, Orosiana 86): monog. 4, 5 *dedicatum.* 10, 2 *relicta.* virg. vel. 4, 5 *pronuntiatum.* 5, 10 *praedictum.* pall. 2, 1 *temperatus.* 4, 4 *commemoratus.* Cf. Petron. 64, 9 *catellam in terram deposuit hortatusque, ut ad rixam* cum cane *properaret.* Löfstedt 57. ALMA 24, 1954, 5 sq. Euseb. Vercell. praef. III 32a. Bohemi semper iuxta part. perf. act. in *-l(i)* omittunt *jest(jsou).* — *sum*: fug. 1, 1 *oblocutus.* 12, 7 *confessus.* — *esse* (cf. Hoppe 144): fug. 12, 12 *indictum* (SB 37). — *sunt*: Scap. 4, 5 *remediati.* spect. 12, 4 *provecti.* — *sit*: fug. 11, 1 *dictum.*

b) alia: *est*: monog. 10, 11 *congregatus.* fug. 12, 12 *alius.* pall. 2, 2 *probum.* 2, 4 *qua Iordanis amnis finium arbiter, vastitas ingens et frustra ager.* 5, 3 *duplex.* — *sunt*: pall. 5, 3 *pedes nudi.* — *sit*: monog. 3, 1 *an onerosa monogamia.* 9, 6 *quid adulterium.* praescr. 41, 2 *quis catechumenus, quis fidelis.* Hoppe 144. — *erat*: virg. vel. 5, 6 *innupta.* — *erant*: adv. Prax. 15, 8 *morituri.* — *fuit*: pall. 2, 4 *hactenus Sodoma.* 2, 5 *primus.* 5, 3 *quod Cratetis* (cf. anim. 10, 6 sub n. 96). — *fuerunt*: pall. 2, 4 *urbes retro.* — *fuissent*: pall. 4, 5 *nisi insignes libidinum.* — *esse*: idol. 10, 4 *saecularia studia, sine quibus divina non possunt.* alia sub n. 117c. — *fuisse*: anim. 31, 4 *Euphorbum militarem constat.* adv. Marc. 3, 24, 4 *nullam.* Hoppe 144.

95. verbi *dicendi* (Hoppe 145): pall. 1, 3 *quem Laberius reciprocicornem.* 2, 5 *ultra* Ninum *stilus non solet* narrare. 4, 8 *quod et comicus.* 5, 1 *ad captatelam eius* (dicendum .est)

monog. 3, 9 *et alibi*: '*estote sancti*'. 7, 7 *ideo* (dixit) '*si semen non fuerit illi*'. 11, 12 *quaerebant . . . consilium . . .*: (respondit) *bonum esse homini, si sic permaneat* (SB 25). ibid. '*vinctus es*' *enim* (inquit) '*uxori?*'. virg. vel. 1, 7 *adhuc* (inquit) *multa habeo loqui ad vos.* 5, 11 *cum enim dixisset* '*vocabitur mulier*', (addidit) '*quoniam* eqs.' (SB 26). 6, 3 *quoniam desponsata est, idcirco mulierem pronuntiatam*; '*desponsata enim* (inquit) *quodammodo nupta*'. pudic. 6, 6 *pro* '*non moechaberis*' (dixit) '*qui viderit ad concupiscentiam, iam moechatus est in corde suo*'. adv. Marc. 4, 18, 1 *si ita esset,* (dixisset) *talem fidem nec in Israhele umquam fuisse.* 4, 42, 1 *proinde* (respondit): '*tu dicis*'. 4, 43, 6 *cum . . .* '*quid turbati estis?*' (inquit). 5, 4, 10 *Moyses* (dicit): '*circumcidetis*'. coron. 12, 2 *cum et myrto ait redimiri solere,* '*Veneris enim* (inquit) *myrtus*'. adv. Prax. 22, 10 *de ovibus etiam suis* (dicit), *quod nemo illas de manu eius eriperet*; '*pater*' *enim* (inquit) '*quod mihi dedit, maius est omnibus*'. ibid. '*unum sumus*', *non* '*unus sumus*' (dicit). Quod plerisque horum locorum verbum dicendi ab editoribus suppletur, id ipsa multitudine exemplorum non necessarium esse ostenditur.

96. verbi *faciendi*: virg. vel. 1, 9 *germinis tumor* fit. pall. 4, 2 *si in puero* id fecisset. ibid. *mutatio* facta est. 5, 3 *moram nusquam* facit. anim. 10, 6 *quod angues* faciunt (apol. 21, 30 *quod Numa* fecit. Aug. lib. arb. 1, 27 *quod nullus illorum*). 12, 6 *ut quid* fiat? (Hoppe 145[1]). 12, 4 *totum hoc* fecit, *ut* eqs. virg. vel. 5, 12 *ex nupta enim mater* fit. Hoppe 145. — locus propter multas ellipses notabilis: monog. 10, 6 *si* hoc non fecerit, *quia non potuit, . . . si* hoc non fecerit, *quia non meruit* maritus mortuus.

97. aliorum verborum: a) mart. 3, 2 *de umbra ad solem* venientes (monog. 12, 3 *unde monogami in clerum?* Hoppe 146). virg. vel. 7, 4 *propter angelos* velari debent virgines. pall. 2, 4 *ut impietas ignem meruit, imbres* ignis de caelo ruerunt. 2, 6 *primitus maiorem ambitum terra* habuit (adv. Marc. 4, 18, 5 *qui neque* haberet, *unde speraret.* 5, 7, 10 *ex labore suo unum*

quemque docens vivere habere *oportere satis*). 3, 8 *Graecos praeter urbem* pellendos *censebat* (cf. θύραζε, κῆρες). 4, 1 *iuxta cutem tonsor* operatur i. usque ad cutem tondet. 5, 10 *qui* i. quibus vestitae. 6, 1 *quis oculis in eum potest* aspicere, *in quem mentibus non potest?* anim. 6, 8 *sic Thales in puteum* cecidit. nat. 1, 18, 2 *gladius quot viros* absumpsit! coron. 1, 2 *suffragia exinde et res apud acta et reus ad praefectos.*

b) inter duo enuntiata sententia subauditur: fug. 9, 1 *ubi illos ostendis praeceptum fugiendi restaurasse?* non potes ostendere, *quia nec potuissent.* 4, 1 *malo eveniunt*, sed re vera malum non est. adv. Prax. 25, 2 *'vade autem ad fratres meos'*; fratres dixit, *quia et in hoc filium ostendit* (reiciendae igitur coniecturae Engelbrechti et Kroymanni *qui se* et *quibus* pro *quia* scribentium).

Gallimathias (Wiener Studien 66, 1953, 155. SB 87. 88. 89):

98. monog. 8, 7 *uxores ab apostolis deductas* pro 'apostolos ab uxoribus deductos', cf. Ps. Cypr. sing. cler. 25 *apostolos comitatus mulierum deducebat.* virg. vel. 12, 3 *acu comam sibi inserunt* pro 'acum comae'. pall. 4, 10 *crure includit calceum* pro 'crus calceo'. 3, 3 *capit et alia bestiola versiculum* pro 'versiculus aliam bestiolam'. adv. Marc. 5, 18, 5 *regulos catenis victor inseruit.* cult. fem. 1, 6, 1 *lapillos istos, qui cum auro superbiam iungunt.* scorp. 2, 13 *de Aegypto superstitiosissimi saeculi et de domo humanae servitutis.* — pall. 1, 1 *quadrata iustitia* pro 'iusta quadratura'. 4, 6 *pectus anhelum extinxit* pro 'anhelitum pectoris'.

Genetivus inhaerentiae:

99. pall. 2, 1 *diversitatis discordiam.* Hofmann § 54 add. b.

Inconcinnitas:

100. virg. vel. 6, 3 *quoniam quidem desponsata est Maria, idcirco . . . mulierem pronuntiatam* pro 'pronuntiata est'. monog. 8, 8 *sanctitatem carnis praecipere magis, non etiam obire* pro 'magis quam obire' (an *magis* i. q. sed, autem, Thes. 60, 22:

praecipere, magis?). 13, 6 *quantum . . . tanto.* fug. 12, 5 *tanto . . . quanti.* virg. vel. 5, 9 *adeo . . . quantum* (*quam* F), bapt. 2, 1 (Hartel, Patrist. Stud. IV 7). Scap. 2, 4 *et . . . et tamen* (adv. Hermog. 23, 2. Thes. s. v. *et* 885, 21). Aliter bapt. 2, 1 *nihil adeo est quod obduret mentes hominum, quam* eqs. (iunge *adeo obduret*). Löfstedt 35.

Negatio in altero membro omissa:

101. monog. 9, 1 *ab initio non fuit* (repudium) *sicut matrimonii numerus* (non fuit). 17, 4 *Fortunae Muliebri coronam non imponit nisi univira sicut Matri Matutae.* SB 31. 32. virg. vel. 10, 5 *si nihil masculo, multo magis feminae.* adv. Marc. 3, 6, 8 *cuius si plenitudo intellecta non est, multo magis portio.* praescr. 14, 13 *qui nec sibi sunt christiani, quanto magis nobis?* (cf. Thes. s. v. *magis* 54, 22 sqq.). adv. Marc. 1, 22, 5 *non posse quid deo non licet, nedum naturalibus suis fungi.*

Pleonasmus:

102. abundat *et* (*etiam*) (de usu Graeco cf. Schwyzer-Debrunner, Griech. Gramm. II 575 sq.: ὅς τε, ὥστε, ἅτε, οἷάτε; μέν τε, δέ τε al.; de theodisco ibid. 576[1]: 'vgl. mhd. *mit diu und, ze dem und, in alliu diu und*' (cf. infra sub b *et omnibus*), '*der mâze und* usw., frühnhd. *nachdem und, alles und das Gott will erquicken* (Hans Sachs), altschweiz. *damit und*' (cf. infra sub b *ut et, ne et*), '*als und* (z. B. *als und wir vergeben*), *als wyl und* (ὅσον τε), *so verre und er mag, sobald und* usw.' eqs.):

a) iuxta pronomina et adverbia relativa: monog. 8, 3 *quae et templo dedita.* 8, 7 *eodem quo et.* 10, 11 *per quod et.* fug. 7, 1 *qui et.* virg. vel. 9, 6 *ea auctoritate . . . qua et virgo.* 13, 2 *eadem . . . quae et.* pall. 4, 8 *quod et comicus* dicit. Thes. 912, 59. Thörnell II 78. — monog. 3, 9 *sic . . . quemadmodum et.* 14, 1 *proinde quemadmodum et cetera.* virg. vel. 7, 2 *quemadmodum et.* adv. Marc. 4, 5, 4. — fug. 8, 3 *quomodo et.* — monog. 8, 10 *totiens . . . quotiens et.* — monog. 15, 4 *quasi et.* adv. Marc. 4, 5, 4. Thes. 912, 47. — pall. 2, 5 *non minus quam et.* spect. 25, 2

castit. 12, 5 adv. Prax. 14, 5. Löfstedt 26. ad Peregr. Aeth. 1, 2 p. 43. — monog. 10, 11 *ubi etiam*. Thes. 940, 39.

b) iuxta alias voces: monog. 11, 1 *secundum et*. 11, 5 *itaque et*. fug. 10, 3 *siquidem et* (virg. vel. 5, 6 *quoniam et*. fug. 4, 4 *adeo igitur*. SB 130). 12, 10 *quomodo . . . ita . . . et* (Vulg. I Cor. 15, 22 *sicut . . . ita et*). virg. vel. 17, 6 *ne et*. resurr. 8, 3 *ut et*. 6, 7 *licet et*. — monog. 12, 2 *si, quod episcopis praescribit, non et omnibus praecipit* (ibid. *ideo episcopis, quia et omnibus*. fug. 6, 3 *et omnibus*. resurr. 53, 4 *omnium quoque*). — monog. 11, 11 *quia et* (12, 2 resurr. 52, 17).

102c. abundat *que*: Ps. Tert. adv. Iud. 10, 6 *Isaac cum a patre duceretur lignumque ipse sibi portans*. Carm. adv. Marc. 3, 102 *non prius . . . quam populo indocili* (Iudaeorum) *. . . relicto florentesque fide gentes . . . receptae* (essent). Cf. Löfstedt, Beiträge 37. ad Peregr. Aeth. 86, 313. Spätlat. Studien 77. Norberg, Beiträge 94. Hofmann § 254 add. b.

103. iuxta ponuntur synonyma:

a) virg. vel. 4, 2 *et nos eandem* (mart. 4, 1 *etiam ipsam* i. eandem. Vulg. Iob 33, 6 *de eodem luto ego quoque formatus sum*. SB 110. Thes. s. v. *etiam* 940, 77). anim. 53, 3 *et aurigam ipsum quoque* (pall. 4, 6 *nec quoque*. 5, 5 *vel . . . quoque*. idol. 20, 1 *etiam . . . quoque*. ieiun. 10, 4 *etiam . . . quoque*. 2, 6 *sic et cum Galatis nos quoque*). — monog. 9, 6 *ideo . . . enim* (14, 3 *nec sic ideo*. fug. 9, 2 *utique enim*. 13, 6 *scilicet enim*. Carm. adv. Marc. 5, 202 *enim . . . quia*. Cf. Löfstedt ad Peregr. Aeth. 2, 3 p. 59 *itaque ergo*. Thes. s. v. *ideo* 220, 13). — virg. vel. 10, 4 *at . . . vero* (Thes. II 1009, 50, praeterea Vulg. psalm. 95, 5). spect. 15, 7 *sed . . . autem*. adv. Marc. 5, 18, 10. Thes. II 1595, 1. — fug. 13, 2 *vel etiam* (Matth. 5, 40 καί, Vulg. *et*). Thes. s. v. *etiam* 943, 40 (Plaut. Aul. 452 *etiam . . . vel*). Hofmann § 273. — pall. 3, 6 *proinde . . . iam* i. igitur . . . ergo. anim. 18, 2 *itaque . . . ergo*. Thes. s. v. *ergo* 774, 68. 80 sqq. — anim. 6, 3 *extrinsecus foris*. — fug. 9, 1 *si cum*. resurr. 10, 1 *cum quando*. Carm. adv. Marc. 5, 189 *ante diem, quam cum pateretur*. Löfstedt 40.

ad Peregr. Aeth. 2, 3 p. 59 (Bell. Afr. 40, 5 *postquam ... cum.* 50, 3 *postquam ... cum.* 4, 3 *simulatque ... cum.* CE 1202, 5 *dum simul.* 732, 3 *cum ... ut*). Baehrens, Philol. Suppl. 12, 1912, 421 sqq. — apol. 41, 4 vulg. *haec ita didicimus* (Cic. fin. 2, 28 *cur non id ita fit?* Caes. Gall. 1, 35, 4 *si id ita fecisset.* Löfstedt, Coniectanea I 8).

b) *etiam et*: virg. vel. 10, 2 *debebunt etiam et ipsi.* adv. Marc. 2, 14, 1. 4, 16, 8. scorp. 8, 3 al. Löfstedt 36 sq. Thes. 944, 43 sqq.

c) monog. 9, 5 deus *aliter censuit citra* (i. 'aliter' ut resurr. 39, 4) *quam homines.* Itala Gal. 1, 8 praescr. 29, 5 *si ... aliter evangelizaverit citra quam nos.*

d) Scap. 1, 1 *suscepta condicione eius pacti.* pall. 2, 1 *habeat* (i. debeat, Thes. 2455, 24) *necesse est mutare.* monog. 6, 9 *in quo primo nomen domini dedicatum* (i. initiatum, incohatum, Thes. 261, 8) *est.* 4, 5 *primum scelus ... dedicatum.* apol. 12, 3 *primum ... dedicatur.* anim. 45, 3 *in primordio ... dedicatur.*

104. eadem vox repetitur: monog. 10, 7 *non ideo non.* fug. 2, 6 *quoque ... quoque.* virg. vel. 7, 2 *cui aeque non convenit ..., aeque convenit.* 12, 3 *etiam ... etiam.* pall. 2, 3 *rursus ... rursus.* Thörnell II 83. Löfstedt 40. ad Peregr. Aeth. p. 62. Firm. err. 17, 1 p. 61, 1 *accipite etiam, sacrosancti principes, etiam nomina eorum.*

Pronomen subaudiendum:

105. monog. 10, 4 (ei) *evincta est.* fug. 1, 1 *quam* (mihi) ... *commendarat.* virg. vel. 14, 2 *aemulatio illarum, non religio producit* (eas). pall. 2, 1 *fungitur et ipse mundus* (eo). 2, 5 *compotes* (earum) *sumus.* anim. 17, 9 *qui auruginant,* (eis) *amara sunt omnia.* Löfstedt 54.

Simplex pro composito:

106. monog. 9, 6 (im)*misceatur.* Scap. 3, 3 *quam iram dei necesse est ut* (an)*nuntiemus.* virg. vel. 9, 6 (in)*structus* (adv. Prax. 8, 4 anim. 10, 3 patient. 5, 8; cf. *structio* patient. 3, 11. Hoppe 138). pall. 2, 3 (re)*torquens.* 5, 3 (im)*ponitur.* monog.

17, 1 (al)*legent*. adv. Marc. 4, 16, 13 (in)*formaverit*. 5, 13, 6 (in)*vehitur*. Hofmann § 166 d. Hoppe 139[1]. Löfstedt 78. Krit. Bem. 46. 112. Tert. apol. 33.

Substantivum pro adiectivo:

107. ponitur appositive: fug. 12, 5 *furunculus* i. furax *praeses*. pall. 1, 2 *soror civitas* (cf. nostrum 'Schwesterstadt' et anim. 52, 3 *sororum substantiarum*). 1, 3 *trabes machina* i. trabalis (cf. Vitr. 10, 13, 6 *arietaria machina*). 3, 1 *pluma vestis*. 4, 2 *monstrum eruditorem*. ibid. *mutatio monstrum*. 4, 10 *sacerdos suggestus*. 5, 1 *custodibus forcipibus* (Thes. IV 1577, 50). Hoppe 94. Hofmann § 92 a.

108. est regens: monog. 4, 3 *unio coniugii* i. unum coniugium. 4, 4 *de filiarum numerositate* i. de numerosis filiis. 7, 4 *extremitas temporum* i. extrema tempora (castit. 6, 2 *sub extremitatibus temporum*. paen. 2, 4). 13, 4 *in novitate spiritus et non in vetustate litterae* (Rom. 7, 6 ἐν καινότητι πνεύματος καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος). 17, 1 *exempla sanctorum* i. 'vorbildliche Heilige' (cf. Ps. Quint. decl. 6, 10 *illa exempli mulier*). virg. vel. 1, 5 *novitatem correctionis* i. nunc faciendam correctionem. 4, 6 *compendium sermonis* i. compendiosus sermo. 16, 1 *consuetudo opinionis* i. sueta opinio. pall. 2, 4 *propinquitas maris* i. propinquum mare. 2, 5 *superiorum profanitas* i. superiorum temporum profani scriptores. 3, 3 *coloris proprietas* i. proprius color. 4, 3 *oris contumelia* i. os contumelia affectum. 6, 3 *omnis gladiatorum ignominia* i. omnes ignominiosi gladiatores. 6, 2 *liberalitas studiorum* i. liberalia studia. anim. 46, 9 *lapidum senia* i. vetusti lapides. carn. 3, 9 *corporis soliditas* i. corpus solidum. Cf. Cicero Att. 8, 12, 5 *tristitiam illorum temporum* i. tristia illa tempora. Hofmann § 89 'die barocke spätere Sprache schwelgt in solchen Verbindungen.' Multa Hoppe 85 sqq.

109. est pendens: monog. 4, 3 *prophetiae* (i. propheticum) *dictum est*. 5, 3 *Graeciae* (i. Graecas) *litteras*. pall. 4, 10 *novitatis* (i. nova) *vestitura*. Hofmann § 56 a ε.

summus et magnus:

110. monog. 7, 8 *summus sacerdos et magnus* (Greg. Ilib. tract. 19, 16 *sacerdos dei patris summus et magnus*. Aug. in psalm. 89, 3 l. 28 *quae in creatura tua summa atque magna sunt*). Cf. pall. 5, 4 *summae atque unicae*. spect. 4, 2 *summum atque praecipuum*. carn. 5, 10 *a deo simplici et optimo et bono*. Greg. Ilib. tract. 16, 1 *maximum praeclarumque*. 19, 8 *summus et verus patris sacerdos*. Querol. p. 37, 23 R. *optimum atque oportunum*. Faust. Rei. grat. 1, 10 p. 34, 13 *summi et inlustres viri*. Aug. in psalm. 35, 9 l. 33 *modestissime et humiliter*. 72, 22 l. 8 *nequissima et impia doctrina*.

Variatio (Säflund 79 sqq.):

111. structurae: **a**) variant praepositiones: Scap. 4, 4 *de officio . . . ab advocatis*. virg. vel. 5, 9 *de Eva . . . in feminas*. adv. Prax. 25, 2 *post resurrectionem et de* (i. post) *victae gloria mortis* (SB 35). ieiun. 16, 3 *de divite epulone quidem convivia cruciantur, in paupere vero ieiunia* (i. fames) *recreantur* (SB 35).

b) variat praepositio cum casu nudo: monog. 8, 9 *suo* (*de suo* N) *exemplo . . . de ceteris argumentis*. 9, 8 *vivo an mortuo a viro*. ibid. *neque enim illo delinquit, sed in semetipsam* (adv. Marc. 3, 17, 4 *neque enim ulli hominum . . . competebat nisi in Christum* [*nisi Christo* mutatum adv. Iud. 9, 27]). 13, 5 *spiritu . . . per litteram*. fug. 2, 2 *iniquitate . . . in infirmitate* (adv. Marc. 2, 2, 3 *qui inferiorem deum caecutis, quid in sublimiorem?* 2, 7, 3 *institutione an in remissione*. cult. fem. 2, 5, 5 *effigie mentiri, quibus in lingua non licet*). fug. 12, 3 *nummis . . . ex sanguine*. mart. 6, 2 *causa . . . in causa* (Thörnell I 16). — resurr. 61, 6 *os cibo excusamus* (Thes. 1302, 69. 73. 1305, 42), *etiam sexum a congressione subducimus*. patient. 9, 2 *credentes enim resurrectionem Christi in nostram quoque credimus*. — fug. 2, 5 *a maligno . . . manibus* (adv. Marc. 1, 24, 2 *in non iuvando quam iuvando*. patient. 3, 11 *in praecipiendo . . . sustinendo*. cf. Thes. s. v. *in* 803, 53).

c) praepositio coniungitur cum diversis casibus: fug. 6, 2

in persona . . . in tempora et in causas. 5, 4 *sub dei arbitrium* (N, *-o* F X) . . . *sub nostro.* 10, 4 *in mari et in terra . . . in uterum.* 12, 5 *sub tunica et sinum.* virg. vel. 8, 2 *in mulierem . . . in viro.* resurr. 31, 3 *in parabola . . . in testationem.* orat. 1, 4 *sub tectis et in abditum.* Cf. Euseb. Vercell. praef. III 11a α. Chiron 165. 179 *in latera et in coxis et in toto corpore.* Diosc. 2, 153 *in semen, radice et folia.* Vulg. Iob 24, 17 *sic in tenebris quasi in lucem ambulant.* psalm. 32, 11 *in generatione et generationem* (105, 31). Thes. s. v. *in* 796, 31.

d) variant nudi casus: fug. 12, 3 *indignum deo et dispositionis eius.* 12, 5 *tanto . . . quanti.* virg. vel. 6, 6 *virginis . . . generi.* adv. Marc. 3, 9, 2 *putativae carnis veros actus exhibere, veris actibus veram dedisse substantiam carnis.* 4, 14, 7 *cui tantus adfectus est, eius erit et regnum.* carn. 3, 5 *non competit conversio eius, cui non competit finis.* Vulg. Iob 29, 15 *oculus fui caeco et pes claudo, pater eram pauperum.* 38, 25 *quis dedit vehementissimo imbri cursum et viam sonantis tonitrui?* psalm. 97, 3 *recordatus est misericordiae suae et veritatem suam domui Israhel.* Esth. 10, 10 *duas sortes esse praecepit, unam populo dei et alteram cunctarum gentium.* Cf. n. 16.

e) varia: monog. 13, 2 *temptanda . . . habita.* virg. vel. 4, 5 *muliebri et virginis* (Ambr. paenit. 2, 7, 51 *lamentatio et melos et vae, duo tristitiae, unum delectabile*). pall. 2, 5 *tristitia . . . recensere.* adv. Marc. 4, 10, 4 *prius est neges, consequens est, ut ostendas.*

112. temporis: monog. 7, 4 *evacuavit . . . desinit . . . caruerunt.* mart. 3, 1 *vocati sumus, cum respondemus.* Scap. 4, 7 *laesit . . . resistit.* virg. vel. 2, 2 *observabimus . . . eligimus* (Firm. err. 19, 2 *orietur . . . insinuat*). pall. 1, 3 *audet, stupuere.* 2, 4 *est . . . meruit.* adv. Valent. 10, 1 *concepit et procreat.* SB 33. 34. Löfstedt 23 sqq. Krit. Bem. 104. 65.

modi: virg. vel. 12, 4 *macerant, forsitan . . . interpolent, . . . iactant* (Claud. Mam. anim. 1, 3 p. 32, 2 *sentit aut fortassis animata sit aut . . . sentire potest*).

Voces significatione notabiles:

113. *accedo*: pall. 3, 3 *ut quid accessit, inde suffunditur* i. simulac in aliqua re constitit, eius colorem assumit. Cf. Cic. S. Rosc. 92 *multis annis Romam non accessit*, Thes. 255, 75, ubi plura. de re cf. Ov. met. 15, 411 *adsimulat, tetigit quoscumque colores* (Gerlo). — pall. 4, 4 *Tirynthium* (Herculem) *accesserat* i. prope adaequaverat, Thes. 263, 75. 264, 5. 22. 55. 63. 74.

114. *magis*: i. q. 'rectius, iustius': virg. vel. 2, 2 *tempora et antecessores opponunt magis quam posterae illae.* fug. 5, 4 *quanto magis . . . dicis.* Thes. 55, 64 (Plaut., Cic., Seneca, Cypr.). — pro adiectivo: monog. 1, 4 *magis honorem* i. maiorem. cult. fem. 1, 5, 2 *gloria est . . . magis ferro.* nat. 1, 10, 7 *magis probro est.* Thes. 56, 21. — pro elativo fere i. q. 'vel maxime, erst recht': monog. 10, 1 *mulierem magis defuncto marito teneri.* 10, 9 *vitae aeternae, in qua magis non separabit quos coniunxit deus.* Plin. paneg. 22, 3 *nunc magis esse vivendum.* Ambr. paenit. 1, 13, 64 diabolus *sanctum Iob magis armavit, postquam vulneravit.* Comm. apol. 440 *non est culpa satis una, . . . sed magis infamant.* Thes. 54, 72. 57, 38. — negatio in altero membro omittitur: virg. vel. 10, 5 *si autem nihil masculo, multo magis feminae.* adv. Marc. 3, 6, 8 *si plenitudo intellecta non est, multo magis portio.* praescr. 14, 13 *qui ergo nec sibi sunt christiani, quanto magis nobis?* Thes. 54, 22. Cf. sub n. 101.

maxime: monog. 11, 9 *novae et quam maxime* (i. cum maxime) *orientis ecclesiae.* Aliud exemplum huius temporalis usus Thes. 75, 47 non habet.

115. *paene*: i. q. 'prorsus' (SB 101): fug. 9, 4 *omnes paene ad martyrium exhortantur* (pass.). Cf. Ascon. in Mil. p. 41, 13 St. *quo die periculum hoc adierit, . . . nusquam paene inveni.* Rufin. Orig. in cant. 3 p. 222, 5 *haec retia ubique tetenderat inimicus atque in ipsis paene omnes involverat.* Avell. p. 619, 9 *cum summis paene omnium gaudiis ingredimur civitatem.* Op. imperf. in Matth. 37 p. 834^{D} asinus animal *prae ceteris paene iumentis magis stultum.* 25 p. 934^{D} *paene aequaliter remunera-*

vit eum qui minus obtulit et eum qui amplius (cf. Matth. 25, 21. 23). al. — eadem significatione usurpatur etiam

116. *propemodum* (SB 102): pall. 5, 5 *propemodum mihi quoque licebit in publicum prodisse.* Cf. Aug. serm. 60, 5 *quid igitur dicam? iam me propemodum paulo ante euangelii lector hac cura liberavit.* al. Cf. Querol. p. 60, 13 R. *unde autem illi thesaurum, homini prope pauperi?*

117. *potest* impers. i. q. possibile est: **a)** c. acc. c. inf.: monog. 4, 4 *esse* (feminas) *potuisset.* Cf. Plin. epist. 7, 13, 2 *quam nisi a studente non potest scribi.* Euseb. Vercell. trin. 1, 59 *potest ... referri tres sapientias.* Euseb. Emes. serm. 2, 7 p. 48, 14 *animam ... transferri non potest.* SB 84.

b) c. inf.: fug. 12, 12 *quomodo mihi proponere potest.* 14, 1 *potest* (*potes* N) *perdere.* 14, 2 *colligere non potest* (*potes* N). Scap. 4, 1 *potest fungi* (*potes* NR). carn. 7, 6 *potest ... habere.* Cf. Peregr. Aeth. 2, 7 *quod ... facere non potest.* CIL V 6295 *discere cuncta potest.* Varro ling. 6, 77 *potest aliquid facere.* 10, 56 *potest ordiri.* Cf. Euseb. Emes. serm. 2, 42 p. 75, 18 *num sputum illud incorporali affigere poterat?* Alia Löfstedt ad Peregr. Aeth. 1, 2 p. 44. Spätlat. Stud. 61, ibidem 57 de impers. *dicit,* 59 *debet,* 63 *solet,* ad Peregr. p. 45 *valet.* Adde Ambr. paenit. 2, 2, 12 l. 81 *de baptismo dictum ... vera ratione persuadet* (cf. Euseb. Emes. serm. 10, 15 sub n. 51 a). Cf. etiam impers. *capit,* ex gr. cult. fem. 1, 2, 3 *haec non capit aestimare*; alia Thes. 333, 27.

c) i. q. potest esse (cf. idol. 10, 4 supra sub n. 94 b): fug. 2, 1 *nec persecutio potest sine iniquitate diaboli.* adv. Marc. 1, 25, 7 *non poterit ea bonitas sine suis dotibus.* resurr. 45, 3 *illud prius est, sine quo priora non possunt.* pudic. 5, 9 bapt. 13, 2 idol. 10, 4 al. Cf. Euseb. Vercell. trin. 1, 59. 5, 5. Cic. Lucull. 38, 121. Löfstedt, Krit. Bem. 89. Spätlat. Stud. 61 ad Peregr. Aeth. 1, 2 p. 44. Hoppe 144. Hofmann § 221 c.

118. *debet* impers. i. q. oportet c. acc. c. inf.: fug. 11, 4 *non deberet praepositos gregis stare sine causa staturos* (SB 85).

Cf. CIL XI 3614 (a. 114) *cum tam honesta exsempla provocari debeat.* Herm. Pal. sim. 9, 7, 6 *ea . . . commundari debet* (καθαρισθῆναι δεῖ). Chiron 113 *sanguinem emittere debet.* 141 *debet os aperire.* 320. 452. 465. 468. Euseb. Emes. serm. 11, 24 p. 272, 8 *quod magis incredulum* (i. incredibile) *erat, debuit per maiora signa firmare.* Ps. Aug. quaest. test. ed. Souter ind. p. 547. Löfstedt, Spätlat. Stud. 59, ad Peregr. Aeth. 45. Hofmann § 221 c.

119. *totus*: i. q. 'summus, maximus': virg. vel. 8, 8 *toto compendio usus est.* 11, 9 *totam confusionem.* adv. Marc. 4, 42, 8 *tota pietate.* patient. 3, 4 *cum tota patientia.* Cypr. epist. 55, 4, 1 *toto hortatu.* Comm. apol. 866 *odio toto.* Löfstedt ad Peregr. Aeth. 2, 6 p. 69. Heraeus GGA 1915, 478.

i. q. 'perfectus, absolutus': monog. 8, 1 *totum sacerdotem.* virg. vel. 12, 5 *totam mulieritatem.* 15, 1 *vera et tota et pura virginitas.* Pelag. in II Cor. 1, 3 p. 232, 11 S. *'deus totius consolationis' id est perfectae consolationis.*

120. *tracto*: i. q. 'praedico': fug. 1, 9 *apostoli tractantes.* Cypr. epist. 55, 14, 1 *episcopo tractante cognoveram non sacrificandum idolis.* 58, 4, 1 *quod collectam fraternitatem non videat* (i. visitet) *nec tractantes episcopos audiat.* 30, 5, 3. 81, 1, 4. testim. praef. p. 36, 3 al. Greg. Ilib. tract. 17. 12. 10. Peregr. Aeth. 26 *praedicant etiam omnes presbyteri et sic* (i. deinde) *episcopus, semper de eo loco tractantes evangelii, ubi.* Euseb. Emes. serm. 2, 33 p. 67, 22 *num me* (episcopum) *aliquis audivit tractantem, quia.* al. SB 103.

121. *vivo* i. q. 'sum': pall. 2, 4 *propinquitas maris iuxta cum solo mortum vivit* i. propinquum mare aeque atque terra mortuum est. 3, 3 *chamaeleon pellicula vivit* i. nihil nisi pellicula est. Cf. Plaut. Bacch. 613 *inlepidus vivo.* Mil. 1320 Men. 202. 908 Trin. 390 Catull. 8, 10. 10, 33. 107, 7. 111, 1 Cic. Att. 3, 5. epist. 14, 1 Hor. sat. 1, 1, 3. al. SB 104. 105. Cf. paen. 2, 1 *si . . . rationis compotes agerent* (Thes. 1402, 4 sqq.).

122. *supplicamentum*: fug. 9, 3 (I Ioh. 4, 18) *timor s.*

habet (κόλασιν); *supplic⟨i⟩amentum* Rig. edd.; sed cf. Isid. orig. 5, 27, 3 *supplicia dicebantur supplicamenta*. alias est i. q. θυμίαμα ut in Itala Is. 1, 13 Barnab. epist. 2, 5 *supplicamentum exsecratio mihi est*.

123. *refert* i. q. differt: pall. 4, 2 *refert inter honorem temporis et religionem dei*. anim. 52, 4 *nihil refert integram abire corporis navem an dissipatam*. Ambr. exc. Sat. 1, 10 *refert desiderare quod habueris et lugere quod amiseris*. Löfstedt, Verm. Stud. 106 (Hor. sat. 2, 3, 157 *quid refert, morbo an furtis peream*? Paul. dig. 33, 7, 18, 3 *nec multum refert inter caccabos et aenum, quod supra focum pendet*. al.).

V. Bulhart.

CONSPECTVS SIGLORVM

Codices:

N	= Florentinus Magliabechianus, Conventi soppressi VI 9, saec. XV
F	= Florentinus Magliabechianus, Conventi soppressi VI 10, scriptus a. 1426
X	= Luxemburgensis 75, saec. XV ex.
ω	= consensus codicum NFX
C	= codex Ioannis Clementis Angli ab Iacobo Pamelio in editione libri De monogamia adhibitus
G	= codex Gorziensis (Gorzia in Mediomatricis, hodie Gorze) in tertia editione a Rhenano adhibitus
S	= 'liber vetustus' a Claudio Salmasio in editione libri De pallio 1622 adhibitus
L	= Leidensis 2, saec. XV
V	= Vindobonensis 4194, nunc Neapolitanus, Mus. Naz. 55, saec. XV

Editiones:

B	= Martini Mesnart, vulgo Gangneiana nominata, Lutetiae Parisiorum 1545
Gel.	= Sigismundi Gelenii, Basileae 1550
Gerlo	= Aloisii Gerlo libri De pallio, Wetteren 1940
Iun.	= Francisci Iunii 1597
Marra	= Iosephi Marra librorum De pallio et De fuga in persecutione, Torini 1932
Oehler	= Francisci Oehler 1853/4
Pam.	= Iacobi Pamelii 1579
R^1	= editio princeps Beati Rhenani, Basileae 1521

R^2	= eiusdem editio secunda (inspexi editionem anni 1528)
R^3	= eiusdem editio tertia, Basileae 1539
R^1 *mg*, R^3 *mg*	= coniecturae Rhenani in margine harum editionum prolatae
R^2 *p. 525*	= coniectura Rhenani p. 525 editionis secundae prolata
R	= consensus harum editionum
Rig.	= Nicolai Rigaltii 1634
Salm.	= Claudii Salmasii libri De pallio, 1622
Thierry	= Iacobi Iohannis Thierry libri De fuga in persecutione, Hilversum 1941

Auctores librorum criticorum:

Hoppe	= Heinrich Hoppe, Syntax und Stil des Tertullian, Leipzig 1903
Hoppe, Beiträge	(zur Sprache und Kritik Tertullians), Lund 1932
Kr.	= Aemiliani Kroymanni coniecturae in manuscripto suo prolatae
Lat.	= Latinus Latinius, Lectiones variae ad Tertulliani libros e bibliotheca Brancaccia in lucem editae, Romae 1677
Löfstedt	= Einar Löfstedt, Zur Sprache Tertullians, Lund 1920
Löfstedt, Kritische Bemerkungen	zu Tertullians Apologeticum, Lunds Universitets Årsskrift, N. F. Avd. 1. Bd. 14. Nr. 24
SB	= Bulhart, Tertullian-Studien, Sitzungsberichte der Österr. Akad. der Wissenschaften, phil.-hist. Klasse, Bd. 231/5, 1957
Scal.	= Iosephus Iustus Scaliger
Turnebus	= Adriani Turnebi Adversariorum Libri XXX, Parisiis 1580
Urs(in).	= Fulvius Ursinus (v. vol. III p. XXVII sq.)

Alii:

Thes. = Thesaurus linguae Latinae

Hofmann = J. B. Hofmann, Lat. Syntax (numeri paragraphorum sunt editionis novae brevi prodituraе)

Eis quae in Corpore Christianorum I p. X sqq. nominantur scriptis adde librum quem conscripsit Gösta Säflund, De Pallio und die stilistische Entwicklung Tertullians, Lund 1955

Litterae inclinatae in textu significant aut lectionem codicum esse mutatam aut Tertullianum aliena verba (plerumque sacrae scripturae) afferre; in his mutationem factam indicant litterae rectae.

AD MARTYRAS

1, 1. Inter carnis alimenta, benedicti martyres designati, quae vobis et domina mater ecclesia de uberibus suis et singuli fratres de opibus suis propriis in carcerem subministrant, capite aliquid et a nobis, quod faciat ad spiritum quoque educandum; carnem enim saginari et spiritum esurire non prodest; immo si, quod infirmum est, curatur, aeque quod infirm⟨o firm⟩ius est, neglegi non debet. **2.** Nec tantus ego sum, ut vos alloquar; verumtamen et gladiatores perfectissimos non tantum magistri et praepositi sui, sed etiam idiotae et supervacui quique adhortantur de longinquo, ut saepe de ipso populo dictata suggesta profuerint.

3. Inprimis ergo, benedicti, *nolite contristare spiritum sanctum*, qui vobiscum introiit carcerem; si enim non vobiscum nunc introisset, nec vos illic hodie fuissetis. Et ideo date operam, ut illic vobiscum perseveret, ita vos inde perducat ad dominum. **4.** Domus quidem diaboli est et carcer, in qua familiam suam continet; sed vos ideo in carcerem pervenistis, ut illum etiam in domo sua conculcetis; iam enim foris congressi conculcaveratis. **5.** Non ergo dicat: 'In meo sunt; temptabo illos vilibus ⟨t⟩aediis, defectionibus

---

1. 8 *cf.* Matth. 26, 41 13 Eph. 4, 30

---

1. 1 Incipit ad martias *N*, Incipit liber ad martirias *F*, Q. Septimii Florentis Tertuliani ad martiras incipit liber *X* 3 et singuli . . . suis *om. N* 4 opibus R^2, operibus $\omega R^{1.3}$ 5 et *om. N* educandum *i. alendum, Thes. 114, 8. 115, 43* 7 *suppl. Kr.*, firmius (*pro* infirmius) *Aug. Neander* 10 supervacui (*i. operam utpote supervacuam perdentes, cf. adv. Marc. 4, 9, 14 Apul. met. 11, 36. Kr.*) *V*, -e ωR 11 dictata *i. consilia, Thes. 1014, 15* 15 fuissetis] *praef. III 37* vobiscum] vobis *N fort. recte; cf. Thes. s. v.* maneo *288, 64* 16 ita] *praef. III 73. 87* 21 taediis *scripsi* (taedii *Kr.*), ędiis *NF*, oediis *cod. Divion.*, odiis (*et* affectionibus) *Pam.*, in ediis *X*, inediis *R Gel.*

aut inter se dissensionibus'; fugiat conspectum vestrum et in ima sua delitescat contractus et torpens tamquam coluber excantatus aut effumigatus; nec illi tam bene sit in suo regno, ut vos committat, sed inveniat munitos et concordia armatos, quia pax vestra bellum est illi. **6.** Quam pacem quidam in ecclesia non habentes a martyribus in carcere exorare consueverunt; et ideo eam etiam propterea in vobis habere et fovere et custodire debetis, ut si forte et aliis praestare possitis.

2, 1. Cetera aeque animi impedimenta usque ad limen carceris deduxerint vos, quousque et parentes vestri. Exinde segregati estis ab ipso mundo: quanto magis a saeculo rebusque eius! Nec hoc vos consternet, quod segregati estis a mundo; si enim recogitemus ipsum magis mundum carcerem esse, exisse vos e carcere quam in carcere introisse intelligemus. **2.** Maiores tenebras habet mundus, quae hominum praecordia excaecant; graviores catenas imbuit mundus, quae ipsas animas hominum constringunt; peiores immunditias expirat mundus, libidines hominum; **3.** plures postremo mundus reos continet, scilicet universum hominum genus; iudicia denique non proconsulis, sed dei sustinet. **4.** Quo vos, benedicti, de carcere in custodiarium si forte translatos existimetis. Habet tenebras, sed lumen estis ipsi; habe[n]t vincula, sed vos soluti deo estis; triste illic expirat, sed vos odor estis suavitatis; iudex expectatur [de iudicibus], sed vos estis de iudicibus ipsis iudicaturi. **5.** Contristetur illic, qui fructum saeculi

---

2. 14 *cf.* Matth. 5, 14 Eph. 5, 8 15 *cf.* Gen. 8, 21 al. Eph. 5, 2 16 *cf.* I Cor. 6, 2

---

25 committat *sc. discordantes, ut gladiatores committuntur*, συμβάλλονται, *Thes. 1903, 50: anim. 2, 5 Prax. 30, 1* 26 pacem non habentes *i. excommunicati* 28 etiam ω *R*

2. 2 parentes *i. propinqui, cf. scorp. 3, 4* a parentibus proximis 6 in carcere *F X R*1 (*praef. III 60 h*), -em *N R*2.3 intelligemus *etiam N* 7 tenebrarum *N* 8 imbuit ω *R*1 (*cf. Thes. 427, 58* frenos, *428, 21* vulnera, *29* vomere terras), induit *R*2.3 *Gel. Pam.* 12 sustinet *i. exspectat* 14 habet *R edd.*, -ent ω 16 *del. Ciaconnius*

suspirat: Christianus etiam extra carcerem saeculo renuntiavit, in carcere autem etiam carceri. Nihil interest, ubi sitis in saeculo, qui extra saeculum estis. **6.** Et si aliqua amisistis vitae gaudia, negotiatio est aliquid amittere, ut maiora lucreris. Nihil adhuc dico de praemio, ad quod deus martyras invitat; ipsam interim conversationem saeculi et carceris comparemus, si non plus aliquid in carcere spiritus acquirit, quam caro amittit. **7.** Immo et quae sunt iusta, caro non amittit per curam ecclesiae et agapen fratrum, et insuper quae semper utilia fidei, spiritus adipiscitur: nihil vides alienos deos, non imaginibus eorum incurris, non sollemnes nationum dies ipsa commixtione participas, non nidoribus spurcis verberaris, non clamoribus spectaculorum atrocitatem vel furore⟨m⟩ vel impudicitiam celebrantium caederis, non in loca libidinum publicarum oculi tui impingunt, vacas a scandalis, a temptationibus et recordationibus malis, iam et a persecutione. **8.** Hoc praestat carcer Christiano, quod eremus prophetis. Ipse dominus in secessu frequentius agebat, ut liberius oraret, ut saeculo cederet; gloriam denique suam discipulis in solitudine demonstravit. Auferamus carceris nomen, secessum vocemus. **9.** Etsi corpus includitur, etsi caro detinetur, omnia spiritui patent: vagare spiritu, spatiare spiritu, et non stadia opaca aut porticus longas proponens tibi, sed illam viam, quae ad deum ducit; quotiens eam spiritu deambulaveris, totiens in carcere non eris. **10.** Nihil crus sentit in nervo, cum animus in caelo est. Totum hominem animus circumfert

---

35 *cf.* Marc. 1, 35

---

22 martiras *N* (*praef. III 3*), -yres *FR edd.*, -ires *X* 23 ipsam *i.* τήν, *praef. III 28* 24 aliquid *N* (*cf. Thes. 1612, 55*), *om. cett.* 25 sunt i. *N*, i. s. *cett.* 27 nihil *N* (*praef. III 76*), non *cett.* 29 commixotione *N* 30 atrocitatem ... furore ... impudicitiam *N*, *tres abl. habent F X R, tres acc. plur. Rig.* 33 et rec. *N*, a rec. *cett.* iam] *praef. III 68* 39 vagare *R*, vacare ω spiritu et *X* R^2 *p. 471* R^3, -us et *N F* $R^{1.2}$ et] *praef. III 64* 40 proponens *N F G* R^3, praeponens *X* $R^{1.2}$ 42 crux *N*, crus *N corr.* 43 animus *alt. om. N*

et quo velit transfert. Ubi autem erit cor tuum, illic erit et thesaurus tuus; ibi ergo sit cor nostrum, ubi volumus habere thesaurum.

3, 1. Sit nunc, benedicti, carcer etiam Christianis molestus: vocati ad militiam sumus dei vivi iam tunc, cum in sacramenti verba respondemus. Nemo miles ad bellum cum deliciis venit nec de cubiculo ad aciem procedit, sed de papilionibus expeditis et substrictis, ubi omnis duritia et inbonitas et insuavitas constitit. **2.** Etiam in pace labore et incommodis bellum pati iam ediscunt in armis deambulando campum et decurrendo, fossam moliendo, testudinem de⟨n⟩sando. Sudore omnia constant, ne corpora atque animi expavescant de umbra ad solem et a sole ad *g*elum, de tunica ad loricam, de silentio ad clamorem, de quiete ad tumultum. **3.** Proinde vos, benedicti, quodcumque hoc durum est, ad exercitationem virtut*um* animi et corporis deputate. Bonum agonem subituri estis, in quo agonithetes deus vivus, xystarches spiritus sanctus, corona aeternitatis brabium angelicae substantiae, politia in caelis, gloria in saecula saeculorum. **4.** Itaque epistates vester Christus Iesus, qui vos spiritu unxit et ad hoc scamma produxit, voluit vos ante diem agonis ad duriorem tractationem a liberiore condicione seponere, ut vires corroborarentur in vobis. Nempe enim et athletae segregantur ad strictiorem

---

44 *cf.* Matth. 6, 21

3. 3 *cf.* Hier. epist. 14, 2, 1 10 *cf.* Hier. epist. 14, 2, 1 13 *cf.* I Tim. 6, 12 15 *cf.* Phil. 3, 14. 20 17 *cf.* I Ioh. 2, 20

---

3. 1 sit *concess.* (*cf. praef. III 50. 87b*) 2 ad m. s. *N*, s. ad m. *F X R edd.* 3 respondemus ω R^1 (*praef. III 112*), -imus $R^{2.3}$ *Gel. Pam.* 7 deambulando (campum)] *cf. Thes. 82, 32 et s. v.* ambulo *1876, 56* et *N*, *om. cett.* 8 *suppl. Rig.*, de sando *N*, desycando *X*, desiccando desudando *F*, desiccando *R Gel. Pam.* 10 a *N*, *om. cett.* gelu R^2 *p. 471*, gelum (*Thes. 1732, 30. 37*) *Ios. Mercerus*, c(a)elum ω $R^{1.3}$ 12 benedicti *N*, -ae *cett.* (*cf. 4, 3*) 13 virtutem ω *R*, *corr. Rig.* subituri *N*, -ae *cett.* 14 agonithetes ω (-is *F*), -no- *R edd.* (*praef. III 12*) vivus est *F X R edd.*, est *om. N* 15 brabium *V*, -v- ω *R*

disciplinam, ut robori aedificando vacent, continentur a luxuria, a cibis laetioribus, a potu iocundiore, coguntur, cruciantur, fatigantur; quantoque plus in exercitationibus laboraverint, tanto plus de victoria sperant. **5.** *Et illi*, inquit apostolus, *ut coronam corruptibilem consequantur*: nos aeternam consecuturi carcerem pro palaestra nobis interpretemur, ut ad stadium tribunalis bene exercitati incommodis omnibus producamur, quia virtus duritia extruitur, mollitia vero destruitur.

4, 1. Scimus ex praecepto dominico, quod caro infirma sit, spiritus promptus. Non ergo nobis blandiamur, quia dominus consensit carnem infirmam esse; propterea enim praedixit spiritum promptum, ut ostenderet, quid cui debeat esse subiectum, scilicet ut caro serviat spiritui, infirmior fortiori, ut ab eo etiam ipsam fortitudinem assumat. **2.** Colloquatur spiritus cum carne de communi salute, nec iam incommodis carceris, sed ipso agone et proelio cogitans. Timebit forsitan caro gladium gravem et crucem excelsam et rabiem bestiarum et summam ignium poenam et omne carnificis ingenium in tormentis; **3.** sed spiritus contraponat sibi et carni: 'acerba licet ista, a multis tamen aequo animo excepta, immo et ultro appetita famae et gloriae causa, nec a viris tantum, sed etiam a feminis', ut vos quoque, benedictae, sexui vestro respondeatis. **4.** Longum est, si enumerem singulos, qui se gladio confecerint animo suo ducti. De feminis ad manum est Lucretia, quae vim stupri passa cultrum sibi adegit in conspectu propinquorum, ut gloriam castitati suae

24 I Cor. 9, 25

4. 17 *cf.* de exhort. cast. 13, 3

22 ioc- *NFR*, iuc- *X edd.* 23 que *N*, *om. cett.* 26 pro p. n. *N*, n. pro p. *cett.* interpretamur *F*

4. 1 pr. d. *N*, d. pr. *cett.* 2 ergo *i. autem*, *Thes. 771, 31* 5 spiritum *F* 6 etiam] *praef. III 65 a* ipsam ω *R*1.2 (*praef. III 28*), -a *GR*3 *edd.* 7 nec] *praef. III 75* ⟨de⟩ inc. *Pam.*, *sed cf. Thes. s. v.* in *804, 11*, *Löfstedt 61*

17 passa est *FXR*, est *om. N Gel. Pam.*

pareret. Mucius dexteram suam in ara cremavit, ut hoc factum eius fama haberet. **5.** Minus fecerunt philosophi — Heraclitus, qui se bubulo stercore oblitum exussit, item ⟨Em⟩pedocles, qui in ignes Aetnaei montis desilivit, et Peregrinus, qui non olim se rogo emisit —, cum feminae quoque contempserint ignes: Dido, ne post virum dilectissimum nubere cogeretur, item Asdrubalis uxor, quae iam ardente Carthagine, cum maritum suum supplicem Scipionis videret, cum filiis suis in incendium patriae devolavit. **6.** Regulus, dux Romanorum, captus a Carthaginensibus cum se unum pro multis captivis Carthaginensibus compensari noluisset, maluit hostibus reddi et in arcae genus stipatus undique extrinsecus clavis transfixus tot cruces sensit. Bestias femina libens appetiit et utique aspides, serpentes tauro vel urso horridiores, quas Cleopatra immisit sibi, ne in manus inimici perveniret. **7.** 'Sed mortis metus non tantus est quantus tormentorum.' Itaque cessit carnifici meretrix Atheniensis? Quae conscia coniurationis, cum propterea torqueretur a tyranno, et non prodidit coniuratos et novissime linguam suam comestam in faciem tyranni expuit, ut nihil agere [se] sciret in ⟨se⟩ tormenta, etsi ultra perseveraret. **8.** Nam quod hodie apud Lacedaemonas sollemnitas maxima est diamastigosis, id est flagellatio, non latet; in quo sacro ante aram nobiles quique adolescentes flagellis affliguntur astantibus parentibus et propinquis et

---

19 *cf.* apol. 50, 5 Liv. 2, 12 Min. Fel. 37, 3 20 *cf.* Diog. Laert. 9, 1, 3 21—43 *cf.* ad nat. 1, 18, 3. 4. 10; 2, 9, 13. apol. 50, 5—9 22 *cf.* Diog. Laert. 8, 67 Lucian. περὶ τῆς Περεγρίνου τελευτῆς 25 *cf.* ad nat. 2, 9, 13 de exhort. cast. 13, 3 35 *cf.* apol. 50, 8

---

19 d. s. *N*, manum s. d. *cett.* 21 bubulo R^3 *edd.*, -alo $FR^{1.2}$, -olo *X*, bibulo *N* 23 emisit ω $R^{1.2}$ (*Thes. 510, 11. 21*), immisit R^3 *edd.* 24 Didon *FX* ne *N*, cum *cett.* 25 cum *N*, *om. cett.*, ne *Ios. Scal.*, *sed cf. nat. 2, 9, 13. Kr.* 28 *et* 29 Carthaginen-] *praef. III 12* 31 tot *i. totidem, cf. praef. III 74* 32 urso horr. *N*, horr. *ante* aspides *cett.* 34 itaque *i. q. atquin, Thörnell I 20* *signum interrog. posuit Mohrmann* 38 se *transposui* 39 perseveraret ω $R^{1.2}$, -rent R^3 *edd.*

uti perseverent adhortantibus; ornamentum enim et gloria deputabitur, maiore quidem titulo, si anima potius cesserit plagis quam corpus. **9.** Igitur si tantum terrenae gloriae licet de corporis et animi vigore, ut gladium, ignem, crucem, bestias, tormenta contemnat sub praemio laudis humanae, possum dicere, modicae sunt istae passiones ad consecutionem gloriae caelestis et divinae mercedis. Si tanti vitrum, quanti verum margaritum? Quis ergo non libentissime tantum pro vero habeat erogare quantum alii pro falso?

5, 1. Omitto nunc gloriae causam. Eadem omnia saevitiae et cruciatus certamina iam apud homines affectatio quoque et morbus quidam animi conculcavit. Quot otiosos affectatio armorum ad gladium locat! Certe ad feras ipsas affectatione descendunt et de morsibus et de cicatricibus formosiores sibi videntur. Iam et ad ignes quidam se auctoraverunt, ut certum spatium in tunica ardente conficerent; alii inter venatorum taureas scapulis patientissimis inambulaverunt. **2.** Haec, benedicti, non sine causa dominus in saeculum admisit, sed ad nos et nunc exhortandos et in illo die confundendos, si reformidaverimus pati pro veritate in salutem, quae alii affectaverunt pro vanitate in perditionem.

6, 1. Sed haec exempla constantiae omittamus de affectatione venientis: convertamur ad ipsam condicionis humanae contemplationem, ut et illa nos instruant, si qua constanter adeunda sint, quae et invitis evenire consuerunt. Quotiens enim incendia vivos cremaverunt! quotiens ferae et in silvis suis et in mediis civitatibus elapsae caveis homines devora-

---

48 *cf.* Rom. 8, 18 49 *cf.* Hier. epist. 79, 7, 8. 107, 8, 3
5. 5 *cf.* ad nat. 1, 14, 1

---

44 deputabitur *FXR* (*praef. III 41*), -atur *N* 46 animae *X*
47 contemnant *R* 49 si t. vitrum *N*, t. vitreum *cett.* verum *om. N*
51 habeat] *Thes. 2449, 2*
5. 10 et *prius om. N*
6. 4 consuerunt ω, -verunt *R edd.*

verunt! quot a latronibus ferro, ab hostibus etiam cruce extincti sunt, torti prius, immo et omni contumelia expuncti! **2.** Nemo non etiam hominis causa pati potest, quod in causa dei pati dubitat. Ad hoc quidem vel praesentia nobis tempora documenta sint: quantae qualesque personae inopinatos natalibus et dignitatibus et corporibus et aetatibus suis exitus referunt hominis causa, aut ab ipso, si contra eum fecerint, aut ab adversariis eius, si pro eo steterint.

---

9 causa . . . in causa] *praef. III 111 b* Explicit ad martires *N*, Explicit liber ad martirias *F*

AD SCAPULAM

1, 1. Nos quidem neque expavescimus neque pertimescimus ea, quae ab ignorantibus patimur, cum ad hanc sectam utique suscepta condicione eius pacti venerimus, ut etiam anima nostra exauctorati in has pugnas accedimus, ea quae deus repromittit consequi optantes et ea quae diversae vitae comminatur pati timentes. **2.** Denique cum omni saevitia vestra concertamus etiam ultro erumpentes magisque damnati quam absoluti gaudemus. Itaque hunc libellum non nobis timentes misimus, sed vobis et omnibus inimicis nostris necdum amicis. **3.** Ita enim disciplina iubemur diligere inimicos quoque et orare pro eis, qui nos persequuntur, ut haec sit perfecta et propria nostra bonitas, non communis; amicos enim diligere omnium est, inimicos autem solorum Christianorum. **4.** Qui ergo dolemus de ignorantia vestra et miseremur erroris humani et futura prospicimus et signa eorum cottidie intentari videmus, necesse est vel hoc modo erumpere ad proponenda vobis ea, quae palam non vultis audire.

2, 1. Nos unum deum colimus, quem omnes naturaliter nostis, ad cuius fulgura et tonitrua contremiscimus, ad cuius beneficia gaudemus; ceteros et ipsi putatis deos esse, quos

---

1. 11 *cf.* Matth. 5, 44 Luc. 6, 27 *sq.*

---

1. 1 Incipit Ad Scapulam *N*, Incipit liber Tertulliani Ad Scapulam *F*, Q. Septimii Florentis Tertuliani incipit liber Ad Scapulam *X* 4 venerimus ut etiam *N G R*^{3}, ante cum *F X R*$^{1.2}$ 5 anima nostra exauctorati *N* (*cf. pudic. 14, 17* sacramento), -a -a et auctorati *F X R*$^{1.2}$, -as -as auct. *G R*^{3} *edd.* accedimus *F X* (*praef. III 62*), -amus *N R* 7 concertamus *F X R edd.*, certamus *N* 10 necdum (*i. nondum, praef. III 75*) ω *R*$^{1.2}$, nedum *R*^{3} *Gel. Pam.* 13 nostra bon. *N*, b. n. *cett.* 14 qui *c. indic. praef. III 32* 16 intentari (*cf.* praetendit *monog. 2, 2*)] ostentari *Iun.*

2. 2 contremiscimus ω *R*^{1}, -tis *R*$^{2.3}$ *edd.* 3 gaudemus *N*, -tis *F X R edd.* ceteros et *i. etiam ceteros, praef. III 90a*

nos daemonas scimus. **2.** Tamen humani ituuris et naralis potestatis est unicuique, quod putaverit, colere nec alii obest aut prodest alterius religio. Sed nec religionis est cogere religionem, quae sponte suscipi debeat, non vi, cum et hostiae ab animo libenti expostulentur. Ita etsi nos compuleritis ad sacrificandum, nihil praestabitis diis vestris; ab invitis enim sacrificia non desiderabunt, nisi si contentiosi sunt; contentiosus autem deus non est. **3.** Denique qui est verus, omnia sua ex aequo et profanis et suis praestat ideoque et iudicium constituit aeternum de gratis et ingratis. Tamen nos, quos sacrilegos existimatis, nec in furto umquam deprehendistis, nedum in sacrilegio: **4.** omnis autem, qui templa despoliant et per deos iurant et eosdem colunt, et Christiani non sunt et sacrilegi tamen deprehenduntur. Longum est, si retexamus, quibus aliis modis et derideantur et contemnantur omnes dii ab ipsis cultoribus suis. **5.** Sic et circa maiestatem imperatoris infamamur, tamen numquam Albiniani nec Nigriani vel Cassiani inveniri potuerunt Christiani; sed idem ipsi, qui per genios eorum in pridie usque iuraverant, qui pro salute eorum hostias effecerant et voverant, qui Christianos saepe damnaverant, hostes eorum sunt reperti. **6.** Christianus nullius est hostis, nedum imperatoris, quem sciens a deo suo constitui necesse est, ut et ipsum diligat et revereatur et honoret et salvum velit cum toto Romano imperio, quousque saeculum stabit; tamdiu enim stabit. **7.** Colimus ergo et imperatorem sic, quomodo et nobis licet et ipsi expedit, ut hominem a deo secundum et, quicquid est, a deo consecutum, solo tamen deo

---

2. 12 *cf.* Matth. 5, 45 25 *cf.* Rom. 13, 1 Tit. 3, 1

---

4 daemonas *NR* (*praef. III 3*), -es *FX edd.* 10 nisi *om. N* contentiosi *i. ad cogendum proni, cf. Thes. 664, 31* 13 aeternum *i. in aeternum valiturum, cf. anim. 33, 11* per sententiam aet. 14 nedum *NR*, necdum *cett.* 15 omnis *FX* (*praef. III 2*), -es *NR* autem *om. N* 16 et . . . tamen *FXR edd.* (*cf. Thes. s. v.* et *885, 21: Ter. Andr. 633* et timent et tamen. *al.*), et *om. N* 23 effecerant $\omega R^{1.2}$ (*cf. Thes. 165, 43*), et fecerant R^3 *edd.* 30 solo tamen *N*, est s. *FX*, s. *R Gel.*, et s. *Pam.*

minorem. Hoc et ipse volet; sic enim omnibus maior est, dum solo vero deo minor est, sic et ipsis diis maior est, dum et ipsi in potestate sunt eius. **8.** Itaque et sacrificamus pro salute imperatoris, sed deo nostro et ipsius, sed quomodo praecepit deus, pura prece; — non enim eget deus, conditor universitatis, odoris aut sanguinis alicuius; haec enim daemoniorum pabula sunt; **9.** daemonas autem non tantum respuimus, verum et revincimus et cottidie traducimus et de hominibus expellimus, sicut plurimis notum est —; ita nos magis oramus pro salute imperatoris, ab eo eam postulantes, qui praestare potest. **10.** Et utique ex disciplina patientiae divinae agere nos satis manifestum esse vobis potest, cum tanta hominum multitudo, pars paene maior civitatis cuiusque, in silentio et modestia agamus, singuli forte noti magis quam omnes nec aliunde noscibiles quam de emendatione vitiorum pristinorum.

11. Absit enim, ut indigne feramus ea nos pati quae optamus aut ultionem a nobis aliquam machinemur, quam a deo expectemus; **3, 1.** tamen, sicut supra diximus, doleamus necesse est, quod nulla civitas impune latura sit sanguinis nostri effusionem, sicut et sub Hilariano praeside, cum de areis sepulturarum nostrarum acclamassent: 'Areae nostrae!', areae eorum non fuerunt; messes enim suas non egerunt. **2.** Ceterum et imbres anni praeteriti quid commemoraverint genus humanum apparuit, cataclysmum scilicet et retro fuisse propter incredulitates et iniquitates hominum; et ignes, qui super moenia Carthaginis proxime pependerunt per

---

33 eius sunt *N* 35 deus *om. N* univ. *NXR edd.*, immensitatis *F* 37 daemonas ω (*praef. III 3*), -es *R edd.* 44 agamus *NX*, -imus *R edd.*, agurum *F* 49 exspectemus ω, -amus *R edd.*

3. 1 dolemus *FX* 3 Hilariano *FXGR*, ylarino *N* 4 nostrae *N*, non sint *FXR edd.* 5 eorum *N*, ipsorum *FXR* *de areis i. coemeteriis Christianorum ab ethnicis occupatis, sed Gallieni edicto a. 258 eis redditis v. Euseb. hist. eccl. 7, 13. Kr.* areae *altero loco i. q. locus triturandi (cuius propter sterilitatem frugum usus non fuit)* 8 incredulitates] *praef. III 25*

noctem, quid minati sunt, sciunt, qui viderunt; et pristina tonitrua quid sonuerint, sciunt, qui obduruerunt. **3.** Omnia haec signa sunt imminentis irae dei, quam necesse est, quoquo modo possumus, ut et nuntiemus et praedicemus et deprecemur interim localem esse; universalem enim et supremam suo tempore sentient, qui exempla eius aliter interpretantur; nam et sol ille in conventu Uticensi extincto paene lumine adeo portentum fuit, ut non potuerit ex ordinario deliquio hoc pati positus in suo hypsomate et domicilio: habetis astrologos. **4.** Possumus aeque et exitus quorundam praesidium tibi proponere, qui in fine vitae suae recordati sunt deliquisse, quod vexassent Christianos: Vigellius Saturninus, qui primus hic gladium in nos egit, lumina amisit; **5.** Claudius Lucius Hieronymianus in Cappadocia, cum, indigne ferens uxorem suam ad hanc sectam transisse, Christianos crudeliter tractasset solusque in praetorio suo vastatus peste convivis vermibus ebullisset, 'Nemo sciat', aiebat, 'ne gaudeant Christiani aut spe⟨rent⟩ Christianae'; postea cognito errore suo, quod tormentis quosdam a proposito suo excidere fecisset, paene Christianus decessit; Caecilius Capilla in illo exitu Byzantino 'Christiani, gaudete!' exclamavit. **6.** Sed ⟨et⟩ qui sibi videntur impune tulisse, venient in diem divini iudicii.

---

10 quid minati sunt *N* (*Hoppe 72*), R^3 *edd.* (sint), qui mirati sunt $FXR^{1.2}$ qui NR^3 *edd.*, quod FX, quid $R^{1.2}$ 11 sonuerint *N*, sonaerint FX, sonaverint *R* (*praef. III 11*) obduruerunt *i. obriguerunt prae metu; cf. contra pall. 5, 2* rigere *i. obdurare* 13 nuntiemus $\omega R^{1.2}$ (*praef. III 106*), annuntiemus R^3 *Gel. Pam.* 16 ille *om. N* 19 praesidium NX (*praef. III 5*), -dum FR 21 Vigellius NR *Gel.*, Ing- *F*, Ingellis *X*, Valgius *Pam.*, Vitellius *Iun.* 22 Claudius Lucius R^1, Gladius L. FX (-cinus), Claudius R^2 *Gel. Pam.*, Lucius *N* 23 Hieronymianus *Iun.*, -nim- *N*, -min- FXR^1, Herminianus R^3 *edd.* 25 solusque in NGR^3, solo $FXR^{1.2}$ convivis *Scal.*, cum vivis ωR (c. vivus R^3, c. miuis *F*) 26 ebullisset] *Thes. 17, 77* 27 *suppl.* R^2 *p. 561* 29 Capilla ω, Capella *edd.* in illo exitu] *cf. Cass. Dio 74, 14, 1* (*a. 196*) 30 *suppl. Gel. Pam.* 31 sibi vid. *N*, v. s. FXR *edd.*

Tibi quoque optamus admonitionem solam fuisse, quod, cum Adrumeticum Mavilum idem Caecilius ad bestias damnasset, ⟨nec⟩ statim haec vexatio subsecuta est et nunc ex eadem causa interpellatio sanguinis. Sed memento!

4, 1. De cetero non te terremus, qui nec timemus, sed velim, ut omnes salvos facere possimus monendo μὴ θεομαχεῖν. Potest et officio iurisdictionis tuae fungi et humanitatis meminisse, vel quia et vos sub gladio estis. **2.** Quid enim amplius tibi mandatur quam nocentes confessos damnare, negantes autem ad tormenta revocare? Videtis ergo, quomodo ipsi vos contra mandata faciatis, ut confessos negare cogatis. Adeo confitemini innocentes esse nos, quos damnare statim ex confessione non vultis. Si autem contenditis ad elidendos nos, iam ergo innocentiam expugnatis. **3.** Quanti autem praesides et constantiores et crudeliores dissimulaverunt ab huius modi causis! ut Cincius Severus, qui Th*ysd*ri ipse dedit remedium, quomodo responderent Christiani, ut dimitti possent; ut Vespronius Candidus, qui Christianum quasi tumultuosum civibus suis satisfacere dimisit; ut Asper, qui modice vexatum hominem et statim deiectum nec sacrificium compulit facere,

---

4. 2 *cf.* hct. 5, 39. 23, 9 (μὴ θεομαχῶμεν add. quidam codd.)

---

32 quoque *i. autem, praef. III 67* admonitionem ω *R; cf. Löfstedt, Krit. Bem. 48* solam] solidam *Kr.*; *malim* solam ⟨satis⟩ 33 Adrym- *X*, Adyrm- *F* idem Caecilius *N*, *om. cett.* damnasset *NFR*1, -asses *R*1 *mg. edd.*, damnass. *X* 34 ⟨nec⟩ *Kr.*, ⟨et⟩ *R*3 *edd.* haec *NR*3, et *FXR*1.2 vexatio *i. dimicatio cum bestiis. Kr.* et *FXR*, *om. N* 35 interpellatio sanguinis *i. accusatio vel licentia accusandi eius, qui (spretis sc. Severi mandatis) sanguinem Christianum effuderit. Kr.* (*V. etiam Oehlerum*) sed *NR*3 *edd.*, et *FXR*1.2

4. 1 *verba* de cetero (*i. ceterum, Hoppe 101*) *in codd. et edd. cum verbis* sed memento *coniuncta cum sequentibus coniunxit Kr.* qui] *praef. III 32* 2 ut *NGR*1 *mg R*2.3 *edd.*, et *FXR*1 3 potest *FX* (*praef. III 117*), -es *NR* 4 sub gladio estis] *praef. III 88. post haec verba inserendam esse § 12 censet Kr.* 7 ut cogatis *i. qui* (*quod*) *cogitis, Thörnell II 72* 8 quos] *praef. III 32* 12 Thistri *NFR*, Christi *X*

ante professus inter advocatos et assessores dolere se primum incidisse in hanc causam. **4.** Pudens etiam missum ad se Christianum in elogio concussione eius intellecta dimisit scissoque eodem elogio sine accusatione negavit se auditurum hominem secundum mandatum. Haec omnia tibi et de officio suggeri possunt et ab eisdem advocatis, qui et ipsi beneficia habent Christianorum, licet acclament quae volunt. **5.** Nam et cuiusdam notarius cum a daemone praecipitaretur, liberatus est et quorundam propinquus et puerulus; et quanti honesti viri — de vulgaribus enim non dicimus — aut a daemonibus aut valitudinibus remediati! **6.** Ipse etiam Severus, pater Antonini, Christianorum memor fuit. Nam et Proculum Christianum, qui Torpeion cognominabatur, Euhodae procuratorem, qui eum per oleum aliquando curaverat, requisiit et in palatio suo habuit usque ad mortem eius — quem et Antoninus optime noverat lacte Christiano educatum —, **7.** sed et clarissimas feminas et clarissimos viros Severus sciens huius sectae esse non modo non laesit, verum et testimonio exornavit et populo furenti in nos palam resistit. Marcus quoque Aurelius in Germanica expeditione Christianorum militum orationibus ad deum factis imbres in siti illa impe-

---

36 *cf.* apol. 5, 6

---

17 dolere *om.* $FXR^{1.2}$ primum *N*, *om. cett.* 19 *iunge* in elogio (*i. indice criminum*) intellecta, *cf. Thes. s. v.* in *774, 48* scissoque . . . negavit *N*, scisso . . . negans FXR *edd.* 20 accusatione *N*, accussatore FXR *edd.* hominem NGR^3, *om.* $FXR^{1.2}$ 21 mandatum *sc. Hadriani, Iustin. Apol. 2, Euseb. hist. eccl. 4, 9, 1—5* 26 daemonibus *N*, daemoniis FXR *edd.* 27 valit- ω remediati *N* (*praef. III 94 a*), r. sunt FXR *edd.* 28 Antonini *sc. Caracallae. Kr.* et NGR^3 *edd.*, cum $FXR^{1.2}$ Proculum] *alius est qui nominatur Val. 5, 1. Kr.* 29 Christianum NGR^3, *om. cett.* Torpacion GR^3 *edd.*, totpacion FX, torpeion NR^1 Euhodae FG, Euhodue *X*, Eubode *N*, Euhodeae *R*, Euhodiae *Scal.* (*ex Phil. 4, 2 cf. Oehlerum p. 547 sq.*) 30 requisiit *N*, -vit *cett.* 32 Christiano FXR *edd.*, Christi *N* educatum *N et cod. Divion.*, -us FXR *edd.* (*v. Oehl. ad l.*) 33 sed NGR^3 *Gel. Pam.*, non enim $FXR^{1.2}$ 34 vero *N* 35 in nos ω, in os *R Gel. Pam.* resistit FX (*praef. III 112*), restitit *cett.*

travit. **8.** Quando non geniculationibus et ieiunationibus nostris etiam siccitates sunt depulsae? Tunc et populus acclamans 'deo deorum, qui solus potens', in Iovis nomine deo nostro testimonium reddidit.

9. Praeter haec depositum non abnegamus, matrimonium nullius adulteramur, pupillos pie tractamus, indigentibus refrigeramus, nulli malum pro malo reddimus. Viderint, qui sectam mentiuntur, quos et ipsi recusamus. **10.** Quis denique de nobis alio nomine quaeritur? Quod aliud negotium patitur Christianus nisi suae sectae, quam incestam, quam crudelem tanto tempore nemo probavit? **11.** Pro tanta innocentia, pro tanta probitate, pro iustitia, pro pudicitia, pro fide, pro veritate, pro deo vivo cremamur, quod nec sacrilegi nec hostes publici, verum nec tot maiestatis rei pati solent; **12.** nam et nunc a praeside legionis et a praeside Mauritaniae vexatur hoc nomen, sed gladio tenus, sicut et a primordio mandatum est animadverti in huiusmodi.

Sed maiora certamina maiora sequuntur praemia: **5, 1.** crudelitas vestra gloria est nostra. Vide tantum, ne hoc ipso, quod talia sustinemus, ad hoc solum videamur erumpere, ut hoc ipsum probemus, nos haec non timere, sed ultro vocare. Arrius Antoninus in Asia cum persequeretur instanter, omnes illius civitatis Christiani ante tribunalia eius se manu facta

---

40 *cf.* Psalm. 49, 1 Luc. 1, 49; adv. Marc. 1, 10, 2 p. 303, 10; coron. 6, 2 resurr. 3, 2. Carm. Sal. 1, 2 Varro ling. 7, 27 divom deo 53 *cf.* Plin. epist. 10, 96 (97), 3 perseverantes duci iussi 55 *cf.* Sen. prov. 3 quanto plus tormenta, tanto plus gloriae

---

40 qui N (*non G*), et qui FXR potens est N 43 adulteramur $XR^{1.2}$ (*praef. III 11*), -mus NR^3 *edd.*, -turum F 46 quaeritur *Kr.*, queritur *edd.* 49 pudicia NF 51 verum nec tot NR^2 *p. 562*, veri nec tot $FXR^{1.3}$ 51 *§ 12 ante § 2 transponendam censet Kr.* 53 gladio tenus, *non tormentis. Kr.* 55 sequuntur NR^3, *om.* $FXR^{1.2}$

5. 5 ante NGR^3 *edd.*, *om.* $FXR^{1.2}$ (*cf. Hoppe, Beitr. 81*) tribunalia] *v. praef. III 25*

obtulerunt; tum ille paucis duci iussis reliquis ait: Ὦ δεινοί, εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνοὺς ἢ βρόχους ἔχετε. **2.** Hoc si placuerit et hic fieri, quid facies de tantis milibus hominum, tot viris ac feminis, omnis sexus, omnis aetatis, omnis dignitatis, offerentibus se tibi? Quantis ignibus, quantis gladiis opus erit? Quid ipsa Carthago passura est decimata a te, cum propinquos, cum contubernales suos illic unusquisque cognoverit, cum viderit illic fortasse et tui ordinis viros et matronas et principales quasque personas et amicorum tuorum vel propinquos vel amicos? **3.** Parce ergo tibi, si non nobis, parce Carthagini, si non tibi, parce provinciae, quae visa intentione tua obnoxia facta est concussionibus et militum et inimicorum suorum cuiusque. **4.** Magistrum neminem habemus nisi solum deum: hic ante te est nec abscondi potest, sed cui nihil facere possis; ceterum quos putas tibi magistros, homines sunt, et ipsi morituri quandoque. **5.** Nec tamen deficiet haec secta, quam tunc magis aedificari scias, cum caedi videtur. Quisque enim tantam tolerantiam [ex]spectans in aliquo scrupulo percussus et inquirere accenditur, quid sit in causa, et ubi cognoverit veritatem, et ipse statim sequitur.

---

6 tum *N F R*1 *mg*, dum *X*, cum *R*3 *Gel. Pam.* duci *sc. ad supplicium, Thes. 2140, 46* ὦ δεινοί (δειλοί *R*3 *edd.*), εἰ θέλετε *scripsi*, ODDINOI COCIETE *N*, Ω ΑΙΠΩΙΗΩΗΑΗΘΗ *F*, ΩΔΙΠΩΙΗΩΗΙΗΟΗ *X* 8 de tantis *N G R*3 *edd.*, decim *F X*, decem *R*1.2 10 *verba* quantis ignibus *usque ad* decimata a te *infra ante § 4 transponenda censet Kr.* 11 quid *N R*3 *edd.*, quod *F X R*1.2 ipsa *i.* ἡ, *praef. III 28* decimata ω *R*1.2 (*praef. III 52*), -anda *R*3 *edd.* 18 suorum cuiusque *R*3 *edd.* (*cf. Svennung, Unters. zu Pallad. 316*), cuius quorum cuiusque ω *R*1.2 *§ 4 post § 5 transponendam censet Kr.* 19 solum deum *N*, d. s. *F X R edd.* ante te est *sc. in Christianis. Kr.* 23 quisque *N R*3 *edd.* (*praef. III 31*), quis *F X R*1.2 spectans *R*3 *edd.* 24 in ω *R*1.2 (*praef. III 60 f*), ut *R*3 *edd.*, non *R*2 *p. 562* 26 Tertulliani ad Scapulam explicit *N*, Explicit Tertulliani ad Scapulam *F*

DE FVGA IN PERSECUTIONE

1, 1. Quaesisti proxime, Fabi frater, fugiendum necne sit in persecutione, quod nescio quid annuntiaretur. Ibidem ego oblocutus aliquid pro loco ac tempore et quarundam personarum importunitate semitractatam materiam abstuli mecum, plenius in eam de stilo nunc renuntiaturus, utpote quam ei tua consultatio commendarat et condicio temporum suo iam nomine iniunxerat. Quanto enim frequentiores imminent persecutiones, tanto examinatio procuranda est, quomodo eas excipere fides debeat. Procuranda autem examinatio penes [s]vos, ⟨qui⟩ si forte Paraclitum non recipiendo, deductorem omnis veritatis, merito adhuc etiam aliis quaestionibus obnixi estis. **2.** Igitur consultationi tuae ordinem quoque indidimus, animadvertentes ante determinari oportere de statu ipsius persecutionis, utrum a deo veniat an a diabolo, quo facilius de obitu eius constare possit; omnis enim rei inspectio auctore cognito planior.

Satis est quidem praescribere nihil fieri sine dei voluntate;

---

1. 11 *cf.* Ioh. 16, 13

---

1. 1 Incipit Tertulliani de fuga *N* (De fuga sive de persecutione *in indice*), Q. Septimii (-em- *F*) Florentis Tertulliani (-uli- *X*) incipit liber de fuga in persecutione *F X edd.* 3 ibidem *i. ilico ut virg. vel. 11, 6 pall. 3, 4 Thes. 155, 58 Hoppe 112* 4 oblocutus *sc. sum, praef. III 94a* et] ex R^2 6 in *N, om. F R X edd.* in] *praef. III 59b* de] *praef. III 57* renuntiaturus *i. responsurus* 7 ei (*sc. stilo*) ω *R*, et *Iun.*, ei et *B Gel. Pam.* 11 vos R^2 *p. 544 Pam.*, suos ω R^1 *Gel. suppl. Urs.* Paraclitum (*i. Spiritum Montani*) *F X*, -et- *N R* 12 deductorem] *cf. monog. 3, 10* deducendam merito *i. ut consentaneum est, Thes. 824, 68* adhuc *i. usque ad hunc diem* ('*praeterea*' *Hoppe et Thierry recepta Rhenani coniectura* obnoxii *pro* obnixi *quam ipse postea reiecit*) quaestionibus *sc. examinandis* 14 indidimus *N*, induimus *F X R* 15 veniat *N*, obveniat *F X R* 16 de obitu eius *i. de ea obeunda. Oehler* 18 praescribere R^2 *p. 544*, perscribere *cett.*

sed non statim hac sententia ceteris retractatibus locum dabimus, ne a praesenti articulo avocemur, si qui responderit: 'Ergo et malum a deo et delictum a deo, nihil iam in diabolo, nihil etiam in nobis ipsis.' **3.** De persecutione nunc quaeritur; circa hanc interim dixerim nihil fieri sine dei voluntate, respiciens eam inprimis deo dignam esse et, ut ita dixerim, necessariam, ad probationem scilicet servorum eius sive reprobationem. Quis est enim exitus persecutionis, quis effectus alius nisi probatio et reprobatio fidei, qua suos utique dominus examinavit? Hoc nomine iudicium est persecutio, per quam quis (4.) aut probatus aut reprobatus iudicatur; porro iudicium soli deo competit. **4.** Haec pala illa, quae et nunc dominicam aream purgat, ecclesiam scilicet, confusum acervum fidelium eventilans et discernens frumentum martyrum et paleas negatorum, haec etiam scalae, quas somniat Iacob, aliis ascensum in superiora, aliis descensum ad inferiora demonstrantes. **5.** Si et agonem intelligi capit persecutionem, a quo (5.) certamen edicitur, nisi a quo corona et praemia proponuntur? Legis edictum agonis istius in Apocalypsi, quibus praemiis ad victoriam invitet vel maxime illos, qui proprie vicerint in persecutione vincendo, luctati revera non *adversus carnem et sanguinem, sed adversus spiritalia nequitiae*; ita agnosces ad eundem agonithetam pertinere certaminis arbitrium, qui invitat ad praemium. **6.** Totum, quod agitur in persecutione, gloria dei est, probantis et reprobantis, imponentis et depo-

---

30 *cf.* Matth. 3, 12 33 *cf.* Gen. 28, 12 37 *cf.* Apoc. 2, 7. 10. 11. 17. 26—28. 3; 5; 12; 21 39 Eph. 6, 12

---

19 retractatibus R^2 *p. 544* V^2, retractavimus ω R^1, -verimus R^3 *Gel. Pam.* 24 deo dignam *N*, dig. deo *F X R* 27 examinabit R^2 *p. 544* 28 hoc nomine (*sc. examinationis*) *Thörnell I 58* (et h. n.), hoc nomen ω *R Gel.*, hoc omne Urs., hoc domini *Pam.* 29 probans aut reprobans *X* 32 martyrum R^1 *mg edd.* maturum ω R^1 (*praef. III 13*) 33 et haec *F* haec *F X Pam.* (*praef. III 8*), hae *N R* etiam] enim *Pam.* 35 si *N*, sic *F X R edd.* capit] *v. ad monog. 2, 1* 40 spiritalia] *praef. III 85b* 41 agonithetam ω (*praef. III 12*), -no- *R edd.* 43 imponentis *i. praeficientis, Thes. 656, 34*

nentis; quod autem ad gloriam dei pertinet, utique ex voluntate illius eveniet. Sed quando deus magis creditur, nisi cum
(6.) magis timetur, nisi in tempore persecutionis? **7.** Ecclesia in attonito est: tunc et fides in expeditione, sollicitior et disciplinatior in ieiuniis et stationibus et orationibus et humilitate, in alterutra diligentia et dilectione, in sanctitate et sobrietate; nihil enim vacatur nisi timori et spei. Adeo et ex hoc ipso ostenditur nobis non posse diabolo deputari eam, quae meliores efficit dei servos.

2, 1. Si, quod iniquitas a deo non est, sed a diabolo, persecutio autem ex iniquitate consistit — quid enim iniquius quam veri dei antistites, omnis sectatores veritatis, nocentissimorum more tractari? — , ideo videtur persecutio a diabolo evenire, a quo iniquitas agitur, ex qua constat persecutio, scire debemus, quatenus nec persecutio potest sine iniquitate diaboli nec probatio fidei sine persecutione propter probationem fidei necessariam, iniquitatem non patrocinium praesentare persecutioni, sed ministerium; praecedere enim dei voluntatem circa fidei probationem, quae est ratio persecutionis, sequi autem diaboli iniquitatem ad instrumentum persecutionis, quae ratio est probationis. **2.** Nam et alias in quantum iustitiae iniquitas aemula est, in tantum materia est ad testimonium eius, cuius est aemula, ut sic iustitia iniquitate perficiatur, quomodo *virtus in infirmitate perficitur*. Nam

---

2. 3 *cf.* Ioh. 16, 13 15 II Cor. 12, 9

---

47 in attonito *i. attonita, Thes. s. v.* in *789, 21* in expeditione *i. in statu expedito, Thes. 1625, 59* 48 [et] ⟨in⟩ orat. *Marra, Thierry* 50 nihil (*i.* '*non*', *praef. III 76*) *N*, non *cett.*

2. 1 a *alt. om. X* 3 omnis *NXPam.* (Ioh. 16, 13 τὴν ἀλήθειαν πᾶσαν), -es *FRGel.* 6 potest ω*R* (*praef. III 117 c*), est *GGel. Pam.* 8 patrocinium *i. dominatum* 9 pn̄tare (*i.* praesentare) *N*, praestare *FXR edd.* persecutioni *GR*^{1} *mg edd.*, -em ω*R*^{1} 11 ad] *praef. III 54 e* 13 aemula *i. inimica ut virg. vel. 3, 3. 7, 2 pall. 5, 1* testimonium *N*, -a *cett.* 14 ⟨in⟩ iniq. *Pam., sed v. praef. III 111 b*

infirma mundi electa sunt a deo, ut confundantur fortia, et stulta eius, ut confundantur sapientia. Ita et iniquitas adhibetur, ut iustitia probetur confundens iniquitatem. Igitur, quod (2.) ministerium non est arbitrii, sed servitii — arbitrium enim domini persecutio propter fidei probationem, ministerium autem iniquitas diaboli propter persecutionis instructionem —, ita eam per diabolum si forte, non a diabolo evenire credimus. **3.** Nihil satanae in servos dei vivi licebit, nisi permiserit dominus, ut aut ipsum destruat per fidem electorum in temptatione victricem aut homines eius fuisse traducat, qui defecerint ad illum. Habes exemplum Iob, cui diabolus nullam (3.) potuit incutere temptationem, nisi a deo accepisset potestatem, nec in substantiam quidem eius, nisi dominus *Ecce*, dixisset, *omnia, quae sunt ei, in manu tua do, in ipsum autem ne extenderis manum.* Denique nec extendit nisi posteaquam et hoc postulanti dominus *Ecce*, dixisset, *trado tibi illum, tantum animam eius custodi.* **4.** Sic et in apostolos facultatem (4.) temptationis postulavit non habens eam scilicet nisi ex permissu, siquidem dominus in evangelio ad Petrum *Ecce*, inquit, *postulavit satanas, uti cerneret vos velut frumentum, verum ego rogavi pro te, ne deficeret fides tua*, id est, ne tantum diabolo permitteretur, ut fides periclitaretur. Per quod ostenditur utrumque apud deum esse, et concussionem fidei et protectionem, cum utrumque ab eo petitur, concussio a diabolo, protectio a filio.

---

16 *cf.* I Cor. 1, 27 28 Iob 1, 12 31 Iob 2, 6 34 Luc. 22, 31. 32

---

16 confundantur ω *Gel.*, -atur *R B Pam.* 17 ita *i. itaque, praef. III 73* 24 temptatione *N G R*^{3} *edd.*, -em (*cf. praef. III 59 d*) *F X R*^{1} (*R*^{1} *mg* tentatione victrice) 30 denique *i. ideo, Thes. 533, 10. 20* nec *i. et profecto non, cf. Thes. s. v.* et *892, 77* posteaquam . . . dixisset] *Hofmann § 298* 33 scilicet *N*, *om. cett.* permisso *N* 35 uti ω *Pam.*, ut *R Gel.* cerneret (*i. cribraret*) *F X R*^{1}, discerneret *N G R*^{3} *Gel.* verum ego *R*^{3} *Gel. Pam.*, ego autem *N cum Vulg.*, *om. G F X R*^{1} 36 pro te *R*^{3} *Gel. Pam.* (περὶ σοῦ), *om.* ω *G R*^{1} 37 per quod *N*, quod *F X*, quo *R Gel. Pam.*

(5.) **5.** Et utique cum filius dei protectionem fidei habet in sua potestate, quam a patre postulat, a quo omnem accipit potestatem in caelis et in terris, quale est, ut concussionem fidei diabolus in manu sua habeat? Sed in legitima oratione, cum dicimus ad patrem: *Ne nos inducas in temptationem* — quae autem maior temptatio quam persecutio? —, ab eo illam profitemur accidere, a quo veniam eius deprecamur; hoc est enim quod sequitur: *Sed erue nos a maligno*, id est, ne nos induxeris in temptationem permittendo nos maligno; tunc enim eruimur diaboli manibus, cum illi non tradimur in temptationem.

(6.) **6.** Nec in porcorum gregem diaboli legio habuit potestatem, nisi eam de deo impetrasset; tantum potestatem abest ut in oves dei habeat. Possum quoque dicere porcorum quoque setas tunc numeratas apud deum fuisse, nedum capillos sanctorum. **7.** Habere videtur diabolus propriam iam potestatem si forte in eos, qui ad deum non pertinent, semel 'in stillam situlae et in pulverem areae et in salivam' nationibus deputatis a deo ac per hoc diabolo expositis in vacuam quodammodo (7.) possessionem; **8.** ceterum in domesticos dei nihil illi licet ex propria potestate, quia, quando liceat, id est ex quibus causis, exempla in scripturis signata demonstrant. Aut enim ex causa probationis conceditur ei ius temptationis provocato vel provocanti ut in superioribus aut ex causa reprobationis traditur ei peccator quasi carnifici in poenam ut Saul — *Et*

---

42 *cf.* Matth. 28, 18 45 Matth. 6, 13 48 Matth. 6, 13 52 *cf.* Matth. 8, 31. 32 55 *cf.* Matth. 10, 30 57 *cf.* Is. 40, 15

---

42 accipit] *praef. III 39* 48 *sq. v. praef. III 111b* 53 *de hyperbato cf. praef. III 92* (potestatem *om. R Gel. Pam., del. al.*) abest R^3 *Gel.*, habet $\omega R^{1.2}$ 54 habeat *X R*, -bat *F*, -atur *N* quoque . . . quoque *N* (*praef. III 104*), q. *prius om. cett.* 56 iam (*i. ergo, praef. III 68*) $\omega R^{1.2}$, *om.* R^3 *Gel.* 57 semel *i.* '*ein für allemal*', *v. Oehlerum ad l.* 60 ceterum *i. at, sed, Thes. 971, 9* 63 vel *om. F*, et *X* 64 ut in *N* R^3 *edd.*, uti *F X* R^1, uti in R^2 *p. 544* reprobationis *N G* R^2 *p. 544* R^3, probationis *F X* R^1

abscessit, inquit, *spiritus domini a Saule et concutiebat eum spiritus nequam a domino et suffocabat eum* — aut ex causa cohibitionis, ut apostolus refert datum sibi sudem angelum satanae, ut colaphizaretur, ne ⟨ignoremus⟩ hanc speciem permitti diabolo in sanctos humiliandos per carnis vexationem, simul ut et virtus, tolerantiae scilicet, in infirmitate perfici possit. **9.** Nam et ipse apostolus Phygelum et Hermogenem tradidit satanae, uti emendentur, ne blasphement. Videtis iam et a servis dei facilius diabolum accipere potestatem; tanto abest, ut eam ex proprietate possideat.

3, 1. Cum ergo et haec exempla magis in persecutionibus eveniant, siquidem magis tunc probamur vel reprobamur et magis tunc humiliamur vel emendamur, ab eo permittatur vel imperetur necesse est catholice fieri haec a quo et ex parte, scilicet ab illo qui dicit: *Ego sum, qui facio pacem et condo mala*, id est bellum; hoc est enim contrarium paci. Nostrae autem paci quod est bellum quam persecutio? **2.** Si persecutionis vel maxime exitus aut vitam a*f*ferunt aut mortem, aut plagam aut sanationem, habes auctorem eiusdem: *Ego percutiam et sanabo, ego vivificabo et mortificabo.* **3.** *Uram*, inquit, *illos, sicut uritur aurum, et probabo*, inquit, *illos, sicut probatur argentum.* Cum enim exurimur persecutionis ardore, tunc probamur de fidei tenore. Haec erunt 'ignea iacula' diaboli, (2.)

---

66 I reg. 16, 14 68 *cf.* II Cor. 12, 7 71 *cf.* II Cor. 12, 9 72 *cf.* II Tim. 1, 15 73 *cf.* I Tim. 1, 20

3. 5 Is. 45, 7 9 Deut. 32, 39 10 Zach. 13, 9 (*cf.* scorp. 7, 3 p. 159, 13 *sq.*) 13 *cf.* Eph. 6, 16

---

68 cohibitionis $\omega G R^2$ *p. 544*, cohabitionis R^1 69 colafizaretur ω, -zetur *R* ne *N F*, nec *X R edd.* ⟨ignoremus⟩ *Kr.*, in eo *Scal.*, sic *Iun.*, nec . . . nisi ad sanctos R^1 *mg*, nec . . . ⟨nisi⟩ [simul] *Thierry* 72 ipse *i.* ὁ, *praef. III 28* Phygelum *R* (Φύγελος), Phig- ω, Philetum *G* 22 videtis *N*, videns *F X*, vides *R edd.*

3. 5 malum *N ex Vulg.* (κακά) 7 quod ω *R*, quid *Lat.* quam] que (*?*) *N* *iunge* persecutionis vel m. (*praef. III 90 b*) 8 afferunt *Lat.*, auferunt ω *R* 11 aurum . . . argentum *eodem ordine etiam scorp. 7, 3*

per quae fidei ustio et conflatio administratur, ex dei tamen voluntate. **4.** De isto quis dubitare possit, ignoro, nisi plane frivola et frigida fides, deprehendens eos, qui timide conveniunt in ecclesiam. Dicitis enim [inquit]: 'Quoniam' ⟨inquit⟩ 'incondite convenimus et simul convenimus et complures concurrimus in ecclesiam, quaerimur a nationibus et timemus, ne turbentur nationes hae.' Non scitis, quod deus sit omnium dominus, et si velit deus, tunc persecutionem patieris, si vero noluerit, silebunt nationes? Credas utique, si tamen in eum deum credis, sine cuius voluntate nec unius passer assis cadit in terram; nos autem, puto, multis passeribus antistamus.

4, 1. Igitur si constat, a quo persecutio eveniat, possumus iam consultationem tuam inducere et determinare ex hoc ipso praetractatu fugiendum in persecutione non esse. Si enim persecutio a deo evenit, nullo modo fugiendum erit, quod a deo evenit, sicut duplex ratio de*f*endit, quia neque debeat devitari neque possit evadi, quod a deo evenit. Non debet devitari, quia bonum; necesse est enim bonum esse omne, quod deo visum est. Et numquid ideo in Genesi sic positum est: *Et vidit deus, quia bonum est*, non quod ignoraret bonum esse, nisi vidisset, sed ut hoc sono portenderet bonum esse, quod deo visum est? Multa quidem sunt, quae a deo eveniunt

---

20 *cf.* Psalm. 2, 1 23 *cf.* Matth. 10, 29. 31

4. 9 Gen. 1, 10 adv. Marc. 2, 4, 2

---

16 deprehendens *i. comprehensos habens. Kr.* 17 inquit *transposui, del. R*^{3}*; cf. Heraeus, GGA 1915, 484* 20 ne turbentur *i. ne tumultuentur sc. contra nos* hae *pro art. def. Thes. 2737, 32, postpos. 2739, 33* (h)ae non *NF*(*X*), ae ae non *R*$^{1.2}$, annon *R*^{3} *edd.* sit o. *N*, o. s. *cett.* 22 credas *pro* credes, *praef. III 49* 23 un. p. *N*, p. un. *cett.* 24 puto *om. N*

4. 1 constet *R*^{3} *Gel.* 2 inducere] *v. Oehler. ad l.* (*Thes. 1236, 4. 1239, 33*) 5 defendit *Ciaconnius*, dependit ω *R* 6 devitari (quia *add. N*) neque possit *NGR*^{3} (*cf. § 4* nec posse vitari), *om. FXR*$^{1.2}$ 7 omne *om. N*

8 numquid *i. nonne, Thörnell II 41* 11 eveniunt . . . eveniunt *N*, -a(n)t . . . -a(n)t (*F*)*XR edd.*

et alicuius malo eveniunt — immo bonum est ideo, quia a deo venit ut divinum, rationale; quid enim divinum non rationale, non bonum? quid bonum non divinum? — **2.** si autem sensui cuiusque videtur, non sensus hominis praeiudicat statui rerum, sed status sensui; status enim unusquisque certum quid est et dat sensui legem ita sentiendi statum sicut est. Si autem statu quidem bonum, quod a deo venit — nihil enim a deo non bonum, quia divinum, quia rationale —, sensui vero malum videtur, erit status in tuto, sensus in vitio. Statu optima res pudicitia et veritas et iustitia, quae a multorum sensu displicent; numquid ideo status sensui addicitur? **3.** Ita et persecutio statu bona est, quia divina et rationalis (2.) dispositio, sensui eorum vero, quorum malo venit, displicet. Sed qui ⟨vi⟩de[s]t etiam illud malum rationale apud deum haberi, cum quis in persecutione evertitur de salute, sicut et bonum illud ratione contingere, cum quis ex persecutione proficit in salute — nisi si inrationaliter quis aut perit apud dominum aut salvus est —, is non poterit persecutionem malum dicere, quae etiam in mali parte bonum est, dum ratione administratur. **4.** Ita si bonum persecutio quoquo modo, quia de (3.) statu constat, merito definimus, quod bonum est, vitari non oportere, quia delictum sit, quod bonum est, recusare, eo amplius, quod deo visum est, iam vero nec posse vitari, quia a deo evenit, cuius voluntas non vitari poterit. ⟨Ad⟩eo [ad]igitur

---

12 malo eveniunt, *sed re vera malum non est* (*praef. III 97b*) 13 venit *N*, evenit *FXR edd.* 15 videtur *sc. malum* 16 rerum *om. Gel. Pam.* 17 et R^3 *edd.*, sed ωR^1 sentiendi R^2 *p. 544* V^2, sentienti R^1 *mg Gel. Pam.*, -is ωR^1 sicut *N*, sicuti *Rig.*, si *FXR* 18 enim *NGR*^{3} *edd.*, *om. FXR*$^{1.2}$ 20 tuto *NR*^{3} *edd.*, toto *FXR*$^{1.2}$ 21 a] *praef. III 79* 22 sensu *NR edd.*, sensus *FX* sensui *NGR*^{2} *p. 544 edd.*, sensus sui *FXR*^{1} 25 sed qui videt *Kr.* (*cf.* is *l. 29*), s. quid est ωR, vides R^3 *edd.*, sequitur R^1 *mg* R^2 *p. 545* rationale . . . haberi (*i. q. esse, Thes. 2459, 2*) *NR*^{1} *mg*, r. . . . habere *FXR*^{2}, rationem . . . habere R^3 *Gel. Pam.* 27 ex] et *FX* 30 in (*praef. III 60e*) mali parte *N*, in malis p. *FX Pam.*, in malis par *R Gel.* 35 vitari (*om. FXR*) poterit. eo adigitur ωR, poterit evadi. igitur R^1 *mg. edd.*, adeo igitur *scripsi* (*SB 130 praef. III 70. 103a*)

qui putant fugiendum, aut malum exprobrant deo, si persecutionem uti malum fugiunt — bonum enim nemo devitat —, aut fortiores se deo existimant, qui putant se evadere posse, si deus tale aliquid voluerit evenire.

5, 1. 'Sed quod meum est', inquit, 'fugio, ne peream, si negavero; illius est, si voluerit, etiam fugientem me reducere in medium.' Hoc mihi prius responde: certus es te negaturum, si non fugeris, an incertus? Si enim certus, iam negasti, quia praesumendo te negaturum id despopondisti, de quo praesumpsisti, et vane iam fugis, ne neges, qui, si negaturus es, iam negasti; **2.** si vero incertus es, cur non ex aequalitate incerti metus inter utrumque eventum etiam confiteri te posse praesumis et salvum magis fieri, quominus fugias, sicut (2.) negaturum te praesumis, ut fugias? Iam nunc aut in nobis est utrumque aut totum in deo; si in nobis aut confiteri aut negare, cur non id praesumimus, quod est melius, id est confessuros nos? — nisi si ⟨non⟩ vis confiteri, ⟨ne⟩ patiaris; nolle autem confiteri negare est —; **3.** si vero in deo totum est, cur non totum relinquimus arbitrio eius, agnoscentes virtutem et potestatem, quod possit nos sicut fugientes educere in medium, ita et non fugientes, immo et in medio populo conversantes (3.) obumbrare? **4.** Quale est, ut ad fugiendum deo honorem reddas, qui possit te etiam fugientem producere in medium, ad constandum autem inhonores illum desperans potentiam protectionis ab illo? Quanto magis ex hac parte, constantiae et fiduciae in deum, dicis: 'Ego quod meum est facio: non discedo; deus si voluerit, ipse me proteget'! Hoc potius nostrum est, stare sub dei arbitrium quam fugere sub nostro. **5.** Ru-

---

5. 3 te *om. RGel. fort. recte, cf. Löfstedt 52 sqq.* 9 sicut GR^3, si cum FXR^1, sicuti R^3 *p. 545*] 10 iam nunc] *praef. III 69* 11 aut conf. *N*, est c. *FXR edd.* 13 [si] *Hoppe Beitr. 131* ⟨non⟩ *et* ⟨ne⟩ *Kr.* patiaris ωR^1, pati non vis R^3 *edd.* 15 delinquimus *N* 16 educere ωR (*cf. l. 19* producere), reducere *Lat.* 20 constandum $FXR^{1.2}$, contestandum NGR^3 *edd.* 21 quanto] quare non *Pam.* magis] *praef. III 114* 24 arbitrium *N* (*praef. III 111 c*), -o *cett.*

tilius sanctissimus martyr cum totiens fugisset persecutionem de loco in locum, etiam periculum, ut putabat, nummis redemisset, post totam securitatem, quam sibi prospexerat, ex inopinato apprehensus et praesidi oblatus, tormentis dissipatus — credo pro fugae castigatione —, dehinc ignibus datus passionem, quam vitarat, misericordiae dei rettulit. Quid aliud voluit dominus nobis demonstrare hoc documento quam fugiendum non esse, quia nihil fuga prosit, si deus nolit?

6, 1. 'Immo', inquit, 'quia praeceptum adimplevit fugiens de civitate in civitatem.' Sic enim voluit quidam, sed et ipse fugitivus, argumentari et qui proinde nolunt intelligere sensum domini illius pronuntiationis, ut eam ad velamentum timiditatis suae utantur, cum et personas suas habuerit et tempora et causas. *Cum coeperint*, inquit, *persequi vos, fugite de civitate in civitatem.* **2.** Hoc in persona proprie apostolorum et in tempora et in causas eorum pertinere defendimus, sicut subsequentes sensus probabunt, qui nonnisi in apostolos competunt: *In viam nationum ne ieritis et in civitatem Samaritanorum ne introieritis, sed ite potius ad oves perditas domus Israelis.* **3.** Nobis autem et via nationum patet, in qua (2.) et inventi sumus et usque in finem incedimus, et nulla civitas excepta est, quo per totum orbem praedicamus; sed nec cura nobis Israelis iniuncta est extra ordinem, nisi qua et omnibus gentibus praedicare debemus; **4.** etiam si apprehendamur, non

---

6. 2 et 6 Matth. 10, 23 10 Matth. 10, 5. 6

---

28 dissipatus *i. laceratus, Thes. 1488, 24* 30 misericordiae *N G R*^{3} *edd.*, -a *F X R*^{1} (*deus fugam Rutili misericorditer oblitus passionem eum adire permisit, ut martyrii coronam adipisceretur*)

6. 1 immo *i. contra sc. res se habet; cf. Thes. 477, 21. SB 28* quia *del. Iunius* 3 sed et ipse *R*^{2} *edd.*, fiet i. *F X R*^{1}, *om. N*, et i. *R*^{1} *mg.* 4 ad] *praef. III 54e* 7 in civitate *F X* in persona⟨s⟩ *Iunius, sed v. praef. III 111c* 8 in *alt. om. X* 9 ⟨praecedentes et⟩ subs. *Pam.* 10 viam *N R*^{2}, -a *F X R*^{1} 14 quo *F X R*^{1} (*i. quod, Thörnell III 28*), quia *N*, quoniam vel qua *R*^{1} *mg.*

in concilia eorum perducemur nec in synagogis eorum flagellabimur, sed Romanis utique potestatibus et tribunalibus
(3.) obiciemur. **5.** Si⟨c⟩ igitur et fugae praeceptum apostolorum condicio desiderabat, quoniam primum praedicandum erat *ad oves perditas domus Israelis*. Ut ergo perciperetur praedicatio, apud quos priores eam perfici oportebat, uti panem ante filii quam canes sumerent, ideo illis fugere tunc ad tempus praecepit, non propter eludendum periculum proprio nomine persecutionis — atquin persecutiones eos passuros praedicabat et tolerandas docebat —, sed propter profectum annuntiationis, ne stat*im* oppressis evangelii quoque dissemi-
(4.) natio perimeretur. Neque enim quasi tacite in aliquam civitatem transfugiendum erat, sed quasi ubique annuntiaturis et ex hoc ubique persecutiones subituris, donec replerent doctrinam suam. **6.** Denique *Non consummabitis*, inquit, *civitates Israelis*; adeo intra terminos Iudaeae praeceptum fugae continebatur. Nobis autem nulla Iudaeae praefinitio competit praedicationis in omnem iam carnem effuso spiritu sancto.
(5.) **7.** Itaque Paulus et apostoli ipsi memores praecepti dominici contestantur illud apud Israel, quem iam doctrina sua impleverant: *Vobis oportuit in primis sermonem dei tradi; sed quoniam repulistis eum nec dignos vos aeterna vita existimastis, ecce convertimus nos ad nationes*. Atque exinde conversi, ut ipsi antecessores instituerant, et in viam nationum abierunt et in civitates Samaritanorum introierunt, ut in totam scilicet

---

17 *cf.* Matth. 10, 17. 18 23 *cf.* Matth. 15, 26 25 *cf.* Matth. 10, 17 *sqq.* 31 Matth. 10, 23 34 Act. 2, 17 35 *sqq. cf.* Act. 13, 46 40 *cf.* Act. 15, 7—18 40 *sq. cf.* Matth. 10, 5

---

17 eorum ω *R*, illorum *cett.* eorum *N*, illorum *F X R* 19 sic *Pam.* 20 primum *N*, -o *cett.* 21 perciperetur ω *R* (*i. acciperetur, audiretur, cf. l. 23* sumerent. *SB 74*), perficeretur *Lat.* 24 proprio] pro *Lat.* 27 statim R^1 *mg. edd.*, statu ω R^1 R^3 (*v. Oehler. ad l.*) 31 doctrinam suam *N G* R^3 *edd.*, -a -a *F X* $R^{1.2}$ 35 *non* apostoli, *sed Barnabas, Act. 13, 46* ipsi *i.* οἱ, *praef. III 28* 40 antec. inst. *i. doctores* (*apostoli seniores*) *constituerant, cf. Act. 15, 22* ἔδοξε τοῖς ἀποστόλοις 41 Samaritarum *F X R*

terram exiret sonus eorum et in terminos orbis voces eorum. **8.** Si ergo cessavit exceptio viae nationum et introitus in civi- (6.)
tates Samaritanorum, cur non cessaverit et fugae praeceptum pariter emissum? Denique ex quo saturato Israele apostoli in nationes transierunt, nec fugerunt de civitate in civitatem nec pati dubitaverunt. **9.** Atquin Paulus, qui se per murum concesserat expediri de persecutione, qua ad hoc tempus erat praecepti, idem iam in clausula officii et in consummatione praecepti discipulis magnopere deprecantibus, ne se Hierosolymam committeret passurus illic, quae Agabus prophetaverat, sollicitudini eorum non subscripsit, sed e contrario: *Quid*, inquit, *facitis lacrimantes et conturbantes cor meum? ego enim non modo vincula pati optaverim, sed etiam mori Hierosolymis pro nomine domini mei Iesu Christi.* **10.** Atque ita omnes aierunt: *Fiat voluntas domini.* Quae erat voluntas domini? Utique non fugiendi iam persecutionem. Ceterum poterant et priorem domini voluntatem proposuisse, qua fugere mandaverat, qui illum persecutionem vitasse maluerant. **11.** Igitur cum etiam sub apostolis ipsis temporale fuerit (7.)
fugae praeceptum sicut et reliquorum praescriptorum, non potest apud nos perseverare, quod apud doctores nostros concessavit, etsi non proprie ad illos fuisset emissum; aut, si perseverare illud dominus voluit, deliquerunt apostoli, qui non usque in finem fugere curaverunt.

7, 1. Videamus nunc, an et cetera domini edita congruant

---

42 *cf.* Psalm. 18, 5 47 *cf.* Act. 9, 25 51 *cf.* Act. 21, 10—12 53 Act. 21, 13 56 Act. 21, 14

---

44 Samaritanorum ω *R*, -tarum *edd.* 46 nec f. *N*, et f. *FXR* fugierunt *FX* (-ir-); *fort. recte, praef. III 11* 47 atquin ω $R^{1.2}$, a. et *Pam.*, quin et R^3 48 ad hoc *i. adhuc ut Marc. 4, 31, 8 MR, cult. fem. 1, 6, 2. Thes. I 556, 1. 2. 3. 7* 50 Hierosolymam *N* (*praf. III 7*), -a *FXR edd.* (Iero- ω, *etiam l. 55*) 57 ceterum *i. alioquin ut monog. 4, 3* 63 concessaverit *X*

7. 1 edita *X* (*i. mandata, praecepta, Thes. 97, 64: Ov. met. 11, 647; cf. monog. 2, 2. SB 46*), edicta *cett.*

perpetuo fugae praecepto. Primo quidem, si a deo persecutio est, quale est, ut idem fugiendam eam mandet, qui et infert? Quam si evadi vellet, melius non immitteret, ne voluntatem suam alia voluntate praevaricare videretur; aut pati enim nos voluit persecutionem aut fugere: si fugere, quomodo pati? si pati, quomodo fugere? Iam vero quanta inaequalitas sententiarum iubentis fugere et invitantis ad passionem ⟨quae⟩ contraria[m] fugae! [quae]. **2.** *Qui confessus fuerit me, et ego confitebor illum coram patre meo*: quomodo confitebitur fugiens? quomodo fugiet confitens? *Qui mei confusus fuerit, et ego confundar eius coram patre meo*: devito passionem, confundo⟨r⟩ confessionem. *Felices, qui persecutionem passi fuerint causa nominis mei*: infelices ergo, qui fugiendo ex praecepto non (2.) erunt passi. *Qui sustinuerit in finem, iste salvabitur*: quid ergo me iubens fugere vis in finem sustinere? Tanta diversitas sententiarum si non congruit divinae gravitati, apparet ex his quoque praeceptum fugae suam tunc habuisse rationem, quam ostendimus.

3. 'Sed infirmitatem', inquit, 'quorundam prospiciens dominus per suam humanitatem nihilominus et portum fugae demonstravit.' Non enim idoneus erat etiam sine fuga, tam turpi et indigno et servili praesidio, salvos facere, in persecutione quos sciret infirmos. Atquin non fovet, sed recusat semper infirmos, primum docens non fugiendos esse persecutores, sed potius non timendos: *Nolite timere eos*, inquit, *qui corpus occidunt, animae autem nihil valent facere, sed timete eum, qui et corpus et animam perdere potest in gehennam.*

---

7. 9 Matth. 10, 32 11 Matth. 10, 33 13 Matth. 5, 10. 11 15 Matth. 10, 22 26 Matth. 10, 28

---

5 praevaricare *N*, -ari *cett.* 9 quae ω *R*1, *transposui et* contraria *scripsi; SB 131; om. R*3 *edd.* 10 meo ω *R cum Graeco, om. cett.* 12 meo *N cum Graeco, om. F X R suppl. Scal.* 21 per suam humanitatem *N* (*i. propter, Georges II B, BB 2*), pro -a -e *cett.* 24 atqui *R*2.3 26 inquit *N, om. cett.* 27 occidunt *N cum Graeco,* occidere possunt *cett.*

4. Atque exinde quae timidis praefinit? *Qui pluris fecerit animam suam quam me, non est me dignus, et qui non tollit crucem suam et sequitur me, non potest esse meus discipulus.* Postremo in Apocalypsin non fugam timidis offert, sed inter ceteros reprobos particulam *in stagnum sulphuris et ignis, quod est mors secunda.*

8, 1. Refugit et ipse vim interdum, sed eadem ratione, qua apostolis fugere praeceperat, donec scilicet doctrinam suam impleret, qua consummata, non dico stetit, sed nec auxilium a patre angelorum exercituum desideravit, increpito etiam Petri gladio. **2.** Professus quidem et ipse est animam anxiam usque ad mortem et carnem infirmam, ut tibi ostenderet primo in se utramque substantiam humanam fuisse ex proprietate anxietatis animae et imbecillitatis carnis, ne aliam, ut quidam nunc induxerunt, aut carnem aut animam Christi interpretareris, dehinc ut demonstratis condicionibus earum scires illas nihil valere per semetipsas sine spiritu; **3.** et ideo praeponit: *Spiritus promptus*, ut utramque condi- (2.)
cionem substantiae utriusque respiciens intelligas in te esse etiam fortitudinem spiritus quomodo et infirmitatem carnis ac iam hinc scias, quid unde facias et quid cui subicias, infirmum scilicet forti, ne, ut nunc facis, de carnis quidem infirmitate causeris, de spiritus autem firmitate dissimules. **4.** Postulavit et ipse a patre, si fieri posset, transiret ab illo (3.)
calix passionis: postula et tu, sed stans ut ille, sed postulans tantum, sed subiungens et reliqua: *Verum non quod ego volo, sed quod tu.* Fugiens autem quomodo hoc postulabis, ipse tibi

---

29 Luc. 14, 26. 27 Matth. 10, 38. 39 33 Apoc. 21, 8
8. 4 *cf.* Matth. 26, 53 5 *cf.* Matth. 26, 52 6 *cf.* Matth. 26, 38 12 Matth. 26, 41 18 *cf.* Matth. 26, 39 20 Matth. 26, 39

---

31 meus esse *N contra Graecum* (εἶναί μου) 32 apocalypsin *X*, *F* (-im), -i *N* (*praef. III 7*) 33 stagnum ω *R*1 (*praef. III 59d*), -o *R*2.3
8. 5 gladio] *praef. III 89a* 13 in te esse *N R*2 *p. 545 edd.*, interesse *X*, *F* (-es), *R*1 18 ut transiret *N*

calicis praestans translationem nec quod pater vult faciens, sed quod tu?

9, 1. Omnia apostoli secundum deum utique docuerunt, omnia †evangelizare voluerunt†. Ubi illos ostendis praeceptum fugiendi de civitate in civitatem restaurasse? quia nec potuissent tale quid constituere tam contrarium exemplis suis, ut fugam mandarent, qui cum maxime de vinculis vel insulis, quibus ob confessionem, non ob fugam nominis continebantur, ad ecclesias scribebant. **2.** Infirmos sustineri iubet Paulus, utique enim non fugientes; quomodo enim sustinebantur absentes? *At* patientia dicit sustinendos, si cum per infirmitatem fidei suae offenderint; sic et pusillanimes consolari, non tamen in fugam mitti.

(2.) Sed ⟨et⟩ cum admonet, ne locum malo demus, non fugae suggerit consilium, sed iracundiae docet temperamentum, et si redimendum tempus dicit, *quia dies nequam sunt*, non per fugam, sed per sapientiam conversationis lucrari nos vult commeatum. Ceterum qui fulgere nos iubet velut filios lucis, non iubet fuga abscondi ut filios tenebrarum. Stare immobiles praecipit — utique nec fuga mobiles — et accinctos: in fugam

---

9. 7 *cf.* Rom. 15, 1 9 *cf.* I Thes. 5, 14 12 *cf.* Eph. 4, 27 14 *cf.* Eph. 5, 16 16 *cf.* Eph. 5, 8 17 *cf.* Eph. 6, 14

---

22 cal. praest. *N*, pr. c. *cett.*

9. 1 deum] *fort.* dominum *Kr.* 2 evangelizare voluerunt *NGR*3 (*'omnia evangelium sapere . . . et evangelio respondere' p. 620*) *edd.* ('ev. *intransitive sicut* πλατωνίζειν, φιλωνίζειν.' *Kr.*), evangelii revolverunt *FXR*1, evangelii recoluerunt *Marra* 2 *sq. v. praef. III 97b* 5 qui *om. N* 7 scribant *N* sustineri ω, -ere *R edd.* 8 enim *prius del. Borleffs, sed cf. 13, 6* scilicet enim *et Thes. 589, 15. 57. 61. praef. III 103a* sustinebantur] *v. praef. III 44* 9 at patientia dicit *Kr.*, an p.? d. ω, dicit *R*2, dicis *N*, dicti *FXR*1 si cum ω*R*1 (*praef. III 103a*), sicubi *R*2 *p. 545, V*2 10 sic et] *praef. III 74* consolari (*passive, Hoppe 62*) *sc. dicit, iubet* (*Thes. s. v.* dico *987, 32*) 12 *suppl. Kr.* 15 sed *NPam., om. cett., fort. recte* 16 fulgere *NGR*3, lugere *FXR*1, lucere *R*2 filios nos *FX* 18 nec *i. non, praef. III 75*

an in occursum evangelii? Arma quoque demonstrat, quae fugituris non essent necessaria; inter quae et clipeum, *quo possitis tela* diaboli *extinguere*, resistentes sine dubio et excipientes omnem vim illius.

3. Proinde et Iohannes pro fratribus quoque animas (3.) ponendas docet, nedum pro domino; hoc a fugientibus non potest adimpleri. Denique memor Apocalypsis suae, in qua timidorum exitum audierat, de suo sensu admonet et ipse timorem reiciendum: *Timor*, inquit, *non est in dilectione*; *sed enim perfecta dilectio foras mittit timorem, quia timor supplicamentum habet*, utique ignem stagni; *qui autem timet, non est perfectus in dilectione*, dei scilicet. Porro quis fugiet per- (4.) secutionem, nisi qui timebit? quis timebit, nisi qui non amabit? **4.** Spiritum vero si consulas, quid magis sermone illo Spiritus probat? namque omnes paene ad martyrium exhortantur, non ad fugam, ut et illius commemoremur: 'Publicaris?' inquit, 'bonum tibi est; qui enim non publicatur in hominibus, publicatur in domino. Ne confundaris: iustitia te producit in medium; quid confunderis laudem ferens? Potestas fit, cum conspiceris ab hominibus.' Sic et alibi: 'Nolite in lectulis nec in aborsibus et febribus mollibus optare exire, sed in martyriis, uti glorificetur, qui est passus pro vobis.'

10, 1. Sed omissis quidam divinis exhortationibus illum

---

19 *cf.* Eph. 6, 16 23 *cf.* I Ioh. 3, 16 25 *cf.* Apoc. 21, 8 27 I Ioh. 4, 18 39 *cf.* anim. 55, 5 si pro deo occumbas, ut paracletus monet, non in mollibus febribus et in lectulis, sed in martyriis

---

19 evangelii *et ad* fugam *pertinet et ad* occursum, *quia et fuga et occursus praeceptis evangelii defenduntur* 28 supplicamentum] *praef. III 122* 31 amabit R^2 *p. 545* V^2, -vit *codd. edd.* 32 Spiritum *sc. Montani* sermone illo NR^3 *edd.* (*sc. loco Apocalypsis modo allato*), -es -os FXR^1 33 namque NR^3 *edd.*, nam quod FXR^1, quam quod R^1 *mg* paene] *praef. III 115* exhortantur (*passive, Hoppe 62*) ωR^1, -atur R^3 *edd.* 34 commemoremur XR (*i. mentionem faciamus, Thes. 1835, 56*), -antur F, em N 38 sic et] *praef. III 74* 39 avorsibus ω 40 vobis NR *edd.*, nobis FX

magis Graecum versiculum saecularis sententiae sibi adhibent: 'Qui fugiebat, rursus sibi proeliabitur'. Ut et rursus forsitan fugiat? Et quando vincet, qui, cum fugerit, victus est? Bonum militem Christo imperatori suo praestat, qui tam plene ab apostolo armatus, ut tubam persecutionis audit, a⟨d⟩ diem deserit persecutionis! **2.** Respondebo et ego de saeculo ali-
(2.) quid: '*Usque adeone mori miserum est?*' Moriatur quoquo modo, aut victus aut victor; nam etsi negando ceciderit, cum tormentis tamen proeliatus. Malo miserandum quam erubescendum; pulcrior est miles in pugna proelio amissus quam in fuga salvus. **3.** Times hominem, Christiane, quem timeri oportet ab angelis, siquidem angelos iudicaturus es? quem timeri oportet a daemoniis, siquidem et in daemonas accepisti potestatem? quem timeri oportet ab universo mundo, siquidem et in te mundus iudicatur? **4.** Christum indutus es — siquidem in Christum tinctus es —, qui fugis diabolum? Depretiasti Christum, qui in te est, fugitivum cum diabolo te
(3.) reddidisti. Sed dominum fugiens exprobras omnibus fugitivis sui[s] vanitatem consilii: fugerat et quidam animosus prophetes dominum, traiecerat ab Ioppen Tarsum, quasi et a deo transfretaret; sed illum, non dico in mari et in terra, verum in uterum etiam bestiae invenit, in quo nec mori per triduum

---

10. 3 *cf.* Gellius 17, 21 (ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται). 5—6 *cf.* Eph. 6, 13 *sqq.* 8 Verg. Aen. 12, 646 13 *cf.* I Cor. 6, 3 15 *cf.* Matth. 10, 8 Marc. 16, 17 16 *cf.* I Cor. 6, 2 16—17 *cf.* Gal. 3, 27 20 *cf.* Ion. 1, 3

---

10. 3 sibi] *praef. III 20* proeliatur *N* 6 ut ω R^1, *om.* R^3 *edd.* tubam (*X*, -a *cett.*) ... audit, a⟨d⟩ diem *Kr.* (*Thes. I 556, 64*) 7 deserit *intrans.* 10 proeliatus est *N* 11 in pugna proelio] *praef. III 86a* amissus *X R Gel. Pam.*, ammissus *N*, missus *F* in pugna pilo transmissus *V* 16 *iunge* et mundus, *praef. III 92* 16 *sq. verene Christi arma indutus es persecutionem diaboli fugiens?* 20 sui R^2 *p. 545* 21 Ioppen ω R^1 (*praef. III 7*), Ioppe *cett.* 22 non dico] et *N* 23 in uterum *F X* R^1 (*praef. III 111c. 59d*), in utero *N* R^3 invenit R^3 *Gel.*, -o ω R^1

potuit nec vel sic deum evadere. **5.** Quanto melius ⟨dei⟩ servus, qui sive iniqu*itatis* d*omin*um timens non fugit eum, sed potius contemnit, confidens scilicet de tutela domini, sive deum reformidat, quanto magis sub oculis eius astitit, dicens: 'Dominus est, potens est; omnia illius sunt; ubi fuero, in manu illius sum; faciat quod vult, non discedo, et si perire me volet, ipse me perdat, dum me ego illi servo. Malo invidiam ei facere per voluntatem ipsius pereundo quam bilem per meam evadendo'.

11, 1. Haec sentire et facere omnem servum dei oportet, etiam minoris loci, ut maioris fieri possit, si quem gradum in persecutionis tolerantia ascenderit. Sed cum ipsi auctores, id est ipsi diaconi et presbyteri et episcopi fugiunt, quomodo laicus intelligere poterit, qua ratione dictum: *Fugite de civitate in civitatem*? Itaque cum duces fugiunt, quis de gregario numero sustinebit ad gradum in acie figendum suadere? **2.** Certe quidem *bonus pastor animam pro pecoribus ponit*, ut Moyses non domino adhuc Christo revelato et iam in se figurato ait: *Si perdis hunc populum*, inquit, *et me pariter cum eo disperde*. Ceterum Christo confirmante figuras suas malus pastor (2.) est, qui viso lupo fugit et pecora diripienda derelinquit; proicietur de villa pastor huiusmodi, detinebuntur illi mercedes missionis suae in compensatione, immo et de priore peculio

---

11. 5 Matth. 10, 23 8 Ioh. 10, 11 10 Exod. 32, 32 11—12 *cf.* Ioh. 10, 12

---

24 ⟨dei⟩ *Rig. Urs., sed v. ad monog. 2, 1* sarcinam 25 servus *om. F V* iniquitatis dominum *Kr.*, iniquus deum ω *R*, inimicum dei *Oehler*, inimicus dei ⟨imminet⟩ *Rig. Urs.* 27 formidat *N* 28 illius *N*, eius *cett.* 30 illi servo *N*, s. i. *cett.*

11. 1 haec ω, hoc *R edd.* 2 ut *N R*, et *F X*, ut et *Kr.* in ω *R* (*praef. III 60c*), ex *Pam.* 3 auctores (*i. magistri, Thes. 1210, 70. 71*) *N G R*^{3}, actor *F X R*$^{1.2}$ 5 dictum sit *N*, *sed v. praef. III 94a* 7 figendum *R*^{3} *edd.*, fugiendum ω *R*$^{1.2}$ 9 non . . . adhuc] *praef. III 92* 10 inquit *om. X* 13 merc. miss. suae *N*, miss. suae merc. *cett.* 14 compensatione ω *R edd.* (*praef. III 60g*), -em *Lat.*

eius exigetur detrimenti dominici restitutio: *Etenim qui habet, dabitur ei, ab eo autem, qui non habet, etiam quod videtur habere, auferetur.* **3.** Sic Zacharias comminatur: *Exurge, rhomphaea, in pastores et evellite oves et superducam manum meam in pastores.* In quos et Ezechiel et Hieremias isdem minis perorant, quod non tantum de pecoribus improbe vescantur pascentes potius semetipsos, verum et dispersam gregem faciant et in praedam esse omnibus bestiis agri, dum non est pastor illis. Quod numquam magis fit, quam cum in persecutione ecclesia destituitur a clero. Si et Spiritum quis
(3.) agnoverit, audiet fugitivos denotantem. **4.** Porro si eos, qui gregi praesunt, fugere, cum lupi irruunt, nec decet, immo nec licet — qui enim talem pastorem malum pronuntiavit, utique damnavit; omne autem quod damnatur, illicitum factum est sine dubio —, ideo praepositos ecclesiae in persecutione fugere non oportebit. Ceterum si grex fugere deberet, non debere⟨t⟩ praepositos gregis stare, sine causa staturos ad tutelam gregis, quam grex non desiderat, scilicet ex licentia fugae.

12, 1. Quod pertineat, frater, ad tuum problema, habes sententiae nostrae responsionem et exhortationem. Porro si quis quaerit, an persecutio fugienda sit, sequentem quoque ⟨quaestionem⟩ iam prospiciat necesse est, an, si fugienda non est, redimenda certe sit. Ultro igitur et de hoc

---

15 Luc. 8, 18 17 Zach. 13, 7 19 *cf.* Ezech. 34, 2 *sqq.* Ier. 23, 1 *sqq.*

---

17 sic *i. eodem modo, praef. III 74* 18 manum meam *Pam.*, agnum meum ω *R* 19 isdem ω 21 dispersam *X* (*Thes. s. v.* grex *2329, 83;* disperdas *N*), -um *F R edd.* 22 faciant] *Thes. 119, 59* 24 eccl. dest. *N*, d. e. *cett.* Spiritum (*ut 9, 4*)] episcopum *N* 26 nec *prius i. q. non, praef. III 75* 30 ceterum *i. alioquin, monog. 4, 3* deberet R^3 31 praepositos $N F R^{1.2}$, -us $X R^3$ *edd.;* staturos $N R^{1.2}$, -us $F X R^3$ *edd.; praef. III 118* 32 sc. ex l. f. *N*, ex l. f. sc. *cett.* (*vox* scilicet *a Tert. fere toties anteponitur quoties postponitur*)

12. 3 si *om. F X R* qui *R edd.* 4 ⟨qu.⟩ *Rig.* 5 non est *bis* $F X R^{1.2}$ fugienda necesse est red. *N* redim- *codd. ubique* (*praeter 12, 6* redem- *F X*, 12, 8 *F*), redem- R^1

tibi suggeram, definiens persecutionem, quam constat non esse fugiendam, proinde nec redimendam. **2.** Pretium interest; ceterum sicut fuga redemptio gratuita est, ita redemptio nummaria fuga est. Certe et huius timiditatis consilium est. Quod times, redimis, ergo fugis; pedibus stetisti, nummis curristi; hoc ipsum, quod ex redemptione stetisti, fugisti. **3.** Ut autem redimas hominem tu nummis, quem ex sanguine (2.) suo redemit Christus, quam indignum deo et dispositionis eius, *qui filio suo non pepercit* pro te, ut fieret pro nobis maledictum — *quia maledictus, qui pependerit in ligno* —, qui *tamquam ovis ad victimam ductus est, et tamquam agnus ante tondentem sic non aperuit os, sed posuit dorsum suum in flagella, maxillas autem in palmas et faciem non avertit a sputaminibus et inter iniquos deputatus est* et traditus est *in mortem, mortem autem crucis:* **4.** totum hoc, ut nos a peccatis lucraretur. Sol cessit die[m] emptionis nostrae: apud inferos remancipatio nostra est et stipulatio nostra in caelis; sublevatae sunt portae sempiternae, ut introiret *rex gloriae, dominus virtutum,* hominem de terris, immo ab inferis mercatus in caelos. **5.** Quis (3.) est nunc, qui adversus illum reluctatur, immo depretiat mercedem eius tam magno comparatam, *pretiosissimo* scilicet *sanguine agni immaculati*? Iam ergo melius fugere quam

---

12. 14 Rom. 8, 32 *cf.* Gal. 3, 13 15 Is. 53, 7 16 Is. 50, 6 19 Is. 53, 12 Phil. 2, 8 20—21 *cf.* Matth. 27, 45 Luc. 23, 45 23 Psalm. 23, 7. 10 26 I Petr. 1, 19

---

10 nummis curr. *N*, c. n. c. R^1X, c. n. $R^{2.3}$ *edd.*, *om. F* 11 ipsum ω*R* (*cf. Thes. s. v.* in *796, 37*), -o *Oehler* ex red. st. *N*, st. ex red. *cett.* 12 ex ω$R^{1.2}$ (*praef. III 111b. Thes. 1111, 76. 1112, 14. 40. 45. 82*), *om. G* R^3 *edd.* 13 dispositionis *FXGRGel.Pam.* (*praef. III 111d*), -i *N* 14 pro n. m. *N cum Graeco* (*et Vulg.*), m. pro n. *FXR edd.* 15 pependit *Cast.* (κρεμάμενος) 18 maxillas autem *FXR edd.* (τὰς δὲ σιαγόνας), et m. *N* (*secundum Vulg.* et genas) 21 cessit] *cf. Luc. 23, 45* ἐκλιπόντος. *Kr. Thes. 722, 48* die[m] *Kr.* 22 nostra *alt. om. N* 25 depretiat R^2 *p. 546*, -et *N*, de pretio et *FXR*^{1} depretiat et R^3 *Gel. Pam.* 26 mercedem ω$R^{1.3}$ *edd.* (*i. mercem, Thes. 797, 82*), mercem R^2 *p. 546* 27 agni immaculati *N* (ἀμνοῦ ἀμώμου), sanguine commaculati *X*, s. commaculat *cett.*

fieri viliorem, si non tanto sibi constabit homo, quanti constitit domino. Et dominus quidem illum redemit ab angelis mundi-
tenentibus potestatibus, a spiritalibus nequitiae, a tenebris huius aevi, a iudicio aeterno, a morte perpetua; tu autem pro eo pacisceris cum delatore vel milite vel furunculo aliquo praeside sub tunica et sinum, quod aiunt, ut furtivo, quem coram toto mundo Christus emit, immo et manumisit. Hunc ergo liberum pretio aestimabis et pretio possidebis nisi eodem, quanto, ut diximus, domino constitit, sanguine suo scilicet?
6. Ut quid ergo de homine Christum redimis in homine, in quo
(4.) Christus est? Non aliter et Simon facere temptavit, cum pecuniam apostolis obtulit pro spiritu Christi. Audiet ergo et iste, qui se redimens Christi spiritum redemit: *Pecunia tua tecum sit in interitum, quoniam gratiam dei pretio consequendam putasti.* **7.** Quis talem ⟨non ut⟩ abnegatorem spernat? Quid enim dicit ille concussor? 'Da mihi pecuniam.' Certe ne eum tradat, siquidem non aliud venditat, quam quod praestaturus est praemio tuo. Cum das, utique ne tradaris voluisti; non traditus autem traduci habebas? Ergo dum nolendo tradi non vis traduci, nolendo negasti te esse, ⟨quod⟩ traduci noluisti. 'Immo', inquis, 'dum nolo traduci quod sum, con-
(5.) fessus id esse, quod nolo traduci, id est Christianum'. Potes ita-

---

29 *cf.* Eph. 6, 12 38 *cf.* Act. 8, 18 40 Act. 8, 20

---

30 ⟨a⟩ potestatibus *Thierry cf. adv. Marc. 5, 18, 12* potestates et mundi-tenentes; *sed cf. anim. 23, 2* mundipotentium principatuum 33 sinum FXR^1 (*praef. III 111c*), -u $NR^{2.3}$ *edd.* ut *del. Marra* furtivo quem R^1 *mg.* $R^{2.3}$ *edd.*, -um q. *N*, -um quoque FXR^1, -o quo quem *Iun.* 42 talem *N*, tamen *cett.* ⟨non ut⟩ *Kr.*, ⟨non⟩ talem *Marra, Thierry* 43 concussor *i.* '*Erpresser, exacteur, extortioner*', *Thes. 117, 78. 118, 10. 16. 121, 37* 46 traduci *i. convinci; v. Oehlerum in indice* habebas *aut i. q. poteras* (*Thes. 2454, 12*) *aut i. q.* ἔμελλες (*2455, 76*) 47 vis *om. X*, ut $NFR^{1.2}$ ⟨quod⟩ traduci *Marra, Thierry*, ⟨quod⟩ te esse R^3 *edd.* 48 *sq.* confessus *sc.* sum, *praef. III 94a*, traduci, [quod] sum c. *Marra, Thierry* 49 potes NR^3 *edd.*, potest $FXR^{1.2}$ *fort. recte, praef. III 117* itaque *i. q.* '*atquin*' *ut mart. 4, 7. Thörnell I 20*

que te martyrem vindicare, ⟨si⟩ constanter ostendis[se] Christum; redimens non ostendit. Apud unum si forte confessus es, ergo et apud plures nolendo confiteri negasti. Ipsa salus iudicabit hominem excidisse, dum evadit; excidit ergo, qui maluit evasisse. Negatio est etiam martyrii recusatio. **8.** Christianus pecunia salvus est et in hoc nummos habet, ne patiatur, dum adversus deum erit dives? At enim Christus sanguine fuit dives pro illo. *Felices* itaque *pauperes, quia illorum*, inquit, *est regnum caelorum*, qui animam solam in confiscato habent. Si non possumus *deo servire et mammonae*, possumus et a deo (6.) redimi et a mammona? Quis enim magis serviet mammonae, quam quem mammonas redemit? **9.** Postremo quo exemplo uteris in redemptionem traditionis? Apostoli tractantes persecutionibus agitati quando se pecunia liberaverunt, quae illis utique non deerat ex praediorum pretiis ad pedes eorum depositis? Certe multis locupletibus credentibus, viris ac feminis, qui his etiam refrigeria subministrabant, quando Onesiphorus aut Aquila aut Stephan*as* hoc modo eis in persecutionem succurrerunt? Paulus quidem, cum Felix praeses pecunias accepturum se pro eo a discipulis sperasset, de quo et ipse in secreto tractavit cum ipso, neque ipse pro se neque discipuli pro eo numeraverunt, **10.** illi utique discipuli, qui flentes, quod [n]aeque Hierosolymam tendere perseveraret et persecutiones

---

57 Matth. 5, 3 59 Matth. 6, 24 64 *cf.* Act. 4, 34. 35 66—67 *cf.* II Tim. 1, 16 Rom. 16, 3 I Cor. 16, 15 68 *cf.* Act. 24, 26 69—70 *cf.* Act. 21, 12—14

---

50 ⟨si⟩ *et* ostendis[se] *scripsi*, ostendisse? Christum *Marra, Thierry*, ostende, sis, Christum *Kr.* 51 ostendit *N* (*ex* -ēs), -i *F X R edd.*, -isti *Rig.*, -is *Kr.* 54 *verba* negatio est e. m. recusatio *transponenda esse in l. 22 post* negasti *censent Marra, Kr.* 57 inquit est *N*, est i. *cett.* 59 et *posterius om. N* 62 tractantes *i. praedicantes, praef. III 120* 67 Stephanas *Thierry ex I Cor. 16, 15*, Stephanus ω *R* persecutionem ω (*praef. III 59 d*), -e *R edd.* 72 aeque *Oehler* (*sc. quamvis eum dehortarentur; cf. idol. 21, 1* aeque quiescendo (*i. tacendo*) confirmas maiestatem eorum (*deorum*) *et nostrum 'gleichwohl'*), neque *F X R*1, *om. cett.*

praedicatas illic non praecaveret, postremo inquiunt: *Fiat voluntas dei.* Quae ista voluntas? utique ut pateretur pro
(7.) nomine domini, non ut redimeretur. Oportet enim, quomodo Christus animam suam posuit pro nobis, ita fieri pro eo et a nobis nec tantum pro ipso, immo etiam pro fratribus propter ipsum. Quod ⟨et⟩ Iohannes docens non [et] pro fratribus numerandum, sed moriendum potius pronuntiavit. Nihil interest, si quem Christianum redimere non debeas alium *an te.* **11.** Et
(8.) adeo voluntas dei sic est: aspice regnorum et imperiorum utique a deo dispositum statum, in cuius manu cor regis: tanta cotidie aerario augendo prospiciuntur remedia censuum, vectigalium, collationum, stipendiorum nec umquam tamen usque adhuc ex Christianis tale aliquid prospectum est sub aliqua redemptione capitis et sectae redigendis, cum tantae multitudinis nemini ignotae fructus ingens meti posset; sanguine empti, sanguine numerati nullum nummum pro capite debemus, quia caput nostrum Christus est: non decet Christum pecunia constare. Quomodo et martyria fieri possent in gloriam domini, si tributo licentiam sectae compensaremus? Itaque qui eam praemio paciscitur, dispositioni divinae ad-
(9.) versatur. **13.** Cum igitur nihil nobis Caesar indixerit in hunc modum stipendiariae sectae, sed nec indictum umquam tale quid possit, antichristo iam instante et in sanguinem, non in pecunias hiante Christianorum, quomodo mihi proponere potest scripturam esse: *Reddite quae sunt Caesaris Caesari*?

---

78 *cf.* I Ioh. 3, 16 82 *cf.* Proverb. 21, 1 89 *cf.* Eph. 5, 23 95 *cf.* I Ioh. 2, 18 97 Matth. 22, 21

---

78 et *transpos. Kr.* 80 alium an te *Kr.*, a. mente $FXR^{1.2}$, a. nec te $R^{1}mg$, aut emere NGR^{3} *edd.* 81 aspice $R^{1.2}$, apisce F, -i X, ab apice NGR^{3} *Gel. Pam.* 82 dispositum statum $FXR^{1.2}$, -o -u NGR^{3} 84 tamen N, *om. cett.* 85 sub *c. abl.* ωR^{1} (*cf. praef. III 60h*), *c. acc.* $R^{2.3}$ *edd.* 87 meti posset R^{3} *edd.*, metipsos sed $FR^{1.2}$, X (memet-), sed N 88 numerati *i.* '*bezahlt*', '*sanguine Christi profuso et tamquam numerato pretio soluto*' *Oehler*

94 indictum (*sc.* esse) umquam N, i. quam FXR^{1} (*praef. III 40*), indici $R^{1}mg\,R^{3}$ *edd.* 96 Christianorum N *edd.*, -um FXR *fort. recte* potest *impers., praef. III 117b*

Miles me vel delator vel inimicus concutit, nihil Caesari exigens, immo contra fas faciens, cum Christianum legibus humanis reum mercede dimittit. Alius denarius, quem Caesari debeo, qui ad eum pertinet, de quo tunc agebatur, tributarius, tributariis scilicet, non a liberis debitus. **13.** Aut (10.) quomodo reddam, quae sunt dei, deo, utique proinde imaginem et monetam ipsius inscriptam nomine eius, id est hominem Christianum? Quid autem deo debeo sicut denarium Caesari nisi sanguinem, quem pro me filius fudit ipsius? Quodsi deo quidem hominem et sanguinem meum debeo, nunc vero in eo sum tempore, ut quod deo debeo expostuler, utique fraudem deo facio id agens, ne quod debeo solvam. Bene observavi praeceptum Caesari reddens, quae sunt Caesaris, deo vero, quae sunt dei, abnegans!

13, 1. 'Sed et omni petenti me dabo': in causa elimosinae, non in concussurae. *Petenti* inquit; porro qui incutit, non petit; qui comminatur, si non acceperit, non postulat, sed extorquet; non elimosinam expectat, qui non miserandus, sed timendus venit. Dabo igitur misericordiae, non timiditatis meae nomine, ubi, qui accepit, deum honorat et benedictionem mihi reddit, non ubi amplius et benefactum praestitisse se credit et praedam suam aspiciens dicit: 'De reatu'. **2.** 'Pascam et inimicum!' Sed ⟨etsi⟩ inimicitiae et alios habent titulos, non tamen dixit traditorem aut persecutorem aut concussorem;

---

13. 1 *cf.* Luc. 6, 30 8 *sqq. cf.* Matth. 5, 44

---

98 nil *N* 99 fas *N*, faciem *FXR*^{1}, *om.* *R*^{1} *mg edd.* 100 alius *N*, a. est *FXR edd.* (*praef. III 94b*) 102 ⟨a⟩ trib. *Pam.*, *sed cf. Thes. s. v.* in *804, 11* 107 nunc *usque ad* debeo *om. N* nunc *R*^{3} *edd.*, cum *FXR*$^{1.2}$ 109 observavi *NXR edd.*, -am *F*, -em *VL*

13. 1 *et* 4 elimosi- ω *ut virg. vel. 13, 4* 2 porro *i.* '*sed*', *praef. III 66* incutit ω*R* (*cf. Thes. 1102, 45. 1103, 25*), concutit *R*^{2} *p. 547* 3 accepit *N* 5 misericordiae *GR*^{3} *edd.*, -a(m) ω*R*$^{1.2}$ (-am hoc est eleemosynam *R*^{2} *mg*) 7 amplius et ω*R*^{1} (et *postpositum*, *praef. III 90a*), a. se *R*^{1} *mg.* *R*^{3} *Gel. Pam.* praestitisse se credit *Oehler*, p. (-isset *FX*) et reddit ω*R*^{1} 8 pascam *Urs.*, *alii alia*, irascar ω*R* 9 ⟨etsi⟩ *Kr.* et *om. N*

nam huic quanto magis *carbones* acervabo *super caput*, si non me redemero! '*Proinde*', inquit, '*qui tibi tunicam sustulerit, vel etiam pallium concede.*' Ad eum pertinet, qui rem, non qui fidem meam eripere quasierit; concedam et pallium nil [o]minanti; traditionem si minatus fuerit, etiam tunicam reposcam.

(2.) **3.** Omnium iam nunc dominicarum ⟨sententiarum⟩ suae sunt et causae et regulae; termini non in infinitum nec ad omnia spectant; atque adeo omni petenti dari iubet, ipse signum petentibus non dat. Alioquin si omnibus passim petentibus dandum putas, tu mihi videris, non dico vinum febricitanti, sed etiam venenum aut gladium mortem desideranti daturus. **4.** *Facite* autem *vobis amicos de mammona* quomodo intelligendum sit, parabola praemissa te doceat ad populum Iudaicum dictum, qui, commissam sibi rationem domini cum male administrasset, deberet de mammonae hominibus, quod nos eramus, amicos sibi potius prospicere quam inimicos et relevare nos a debitis peccatorum, quibus deo detinebamur, si nobis id dominica ratione conferrent, ut, cum coepisset ab his deficere gratia, ad nostram fidem refugientes reciperentur in tabernacula aeterna. Quamvis nunc puta aliam interpretationem parabolae et sententiae istius, dum scias verisimile non esse, ut concussores nostri in amicitiam redacti per mammonam recipiant tunc nos in aeterna tabernacula.

(3.) **5.** Sed quid non timiditas persuadebit? Quasi et fugere scriptum permittat et redimere praecipiat! Parum denique est, si unus aut alius ita eruitur: massaliter totae ecclesiae tributum

---

11 Rom. 12, 20 12 Matth. 5, 40 18—19 *cf.* Matth. 16, 4 22 Luc. 16, 9

---

12 redimero *F X* 13 vel etiam] *praef. III 103a* 14 nilo *N* (*praef. III 76*), non *cett.* 16 ⟨s.⟩ R^2 *mg* 17 in *om. F X R edd., sed cf. monog. 11, 17 Marc. 4, 35, 3 Thes. 1430, 81* 25 mammo- *ubique* ω *R*, μαμω- *Graec. et Vulg.* 27 detinebamur] tenebamur *N* 28 conferrent *R*, -ferent ω 29 hi(i)s ω (*i.* iis, *cf. Thes. 2740, 50*), his *R edd.* 33 aet. tab. *N*, t. ae. *cett.* 34 ⟨re⟩scriptum (*sc. imperatoris*) *Kr.*, scriptura R^1 *mg; v. Oehlerum p. 487g*

sibi irrogaverunt! Nescio, dolendum an erubescendum sit, cum in matricibus beneficiariorum et curiosorum inter tabernarios et ianeos et fures balnearum et aleones et lenones Christiani[s] quoque vectigales continentur. **6.** Hanc episcopatus formam apostoli providentius condiderunt, ut regno suo securi frui possent sub obtentu procurandae salutis? Scilicet enim talem pacem Christus ad patrem regrediens mandavit a militibus per Saturnalicia redimendam!

14, 1. 'Sed quomodo colligemus?' inquis, 'quomodo dominica sollemnia celebrabimus?' Utique quomodo et apostoli, fide, non pecunia tuti, quae fides si montem transferre potest, multo magis militem. Esto sapientia, non praemio cautus! Neque enim statim et a populo eris tutus, si officia militaria redemeris. Una ergo tibi fides et sapientia ad tutelam opus est, quibus non adhibitis et redemptionem tuam potest perdere, adhibitis autem redemptionem ⟨nec⟩ desiderare. **2.** Postremo si colligere interdiu non potest, habes noctem, luce Christi luminos*i* adversus eam. Non potes discurrere per singulos? si⟨t⟩ tibi e[s]t in tribus ecclesia; melius, turbas tuas aliquando non videas, quam addicas. Serva Christo virginem (2.) sponsam; nemo quaestum de ea faciat.

---

43 *cf.* Ioh. 14, 27. 28

14. 3 *cf.* I Cor. 13, 2 11 *cf.* Matth. 18, 20

---

39 ianeos *FG, X* (ialieos) (*i. argentarios, Thörnell III 36*), ianios R^1 *et Hirsaugiensis,* laneos *N,* lanios R^1 *mg* R^3 *edd.* 39 Christiani R^1 *mg* episcopatus *N* (*praef. III 16*), -ui *FXR edd.* 42 procurandae ω, -o $R^{1.2}$, -i R^3 *Gel. Pam.* salutis *N, om. cett.* scilicet enim] *praef. III 103 a* 44 Saturnalia *VL*

14. 1 colligemus] *praef. III 51 b* 4 cautus *i. tutus, cf. Vlp. dig. 46, 5, 1, 4* ut quis cautior sit et securior 6 et fides *FXR edd.*, et *om. N* 7 potest *FX* (*praef. III 117 b*), potes *N edd.* 8 autem *N*, aut *FXR*, haud R^1 *mg* R^3 *edd.* ⟨nec⟩ *Kr.* 9 potest *FX*, potes *NR* 10 luminosa *Scal.*, -am *Urs. Rig., qui verba* adversus eam *spuria iudicant,* -i ω *R* 11 sit tibi et R^2 *p. 548,* R^3 *edd.*, si t. est ω $R^{1.2}$ melius *N*, m. est *FXR edd. de structura cf. praef. III 48 b* 12 addicas *i. poena gehennae afficias, cf. Thes. 575, 69; aliter Rig. et Iun. apud Oehl.*

3. Haec tibi, frater, dura forsitan et intolerabilia videntur, sed recita deum dixisse: *Qui capit, capiat*, id est, qui non capit, discedat. Non potest, qui pati timet, ei esse, qui passus est; at qui pati non timet, iste erit perfectus in dilectione, utique dei; *perfecta* enim *dilectio foras mittit timorem.* Et ideo *multi vocati, pauci electi*; non quaeritur, qui latam viam sequi paratus sit, (3.) sed qui angustam; et ideo paraclitus necessarius, deductor omnium veritatum, exhortator omnium tolerantiarum. Quem qui receperunt, neque fugere persecutionem neque redimere noverunt, habentes ipsum, qui pro nobis erit, sicut locuturus in interrogatione ita iuvaturus in passione.

---

15 Matth. 19, 12 18 I Ioh. 4, 18 Matth. 22, 14 19—20 *cf.* Matth. 7, 13 20—21 *cf.* Ioh. 16, 13 23 *cf.* Matth. 10, 19

---

15 recita *i. lege, cf. anim. 17, 14* recita Iohannis testationem 16 ei *N* (*praef. III 21*), eius *cett.* 17 erit p. *N*, p. erit *cett.* 18 et ideo *del. Iun. utpote ex l. 20 huc illata; pertinent tamen ad vocem* perfecta *l. 18; perfectam enim dilectionem pauci habent* 20 paraclitus ω 23 locuturus R^2 *p. 548, edd.*, locutus ω R^1 Explicit liber Tertulliani de persecutione *F*

DE MONOGAMIA

1, 1. Haeretici nuptias auferunt, psychici ingerunt; illi nec semel, isti non semel nubunt. Quid agis, lex creatoris? Inter alienos spadones et aurigas tuos tantundem quereris de domestico obsequio quantum de fastidio extraneo; proinde te laedunt qui abutuntur quemadmodum qui non utuntur. **2.** Verum neque continentia eiusmodi laudanda, quia haeretica est, neque licentia defendenda, quia psychica est; illa blasphemat, ista luxuriat; illa destruit nuptiarum deum, ista confundit. **3.** Penes nos autem, quos Spiritales merito dici (2.) facit agnitio spiritalium charismatum, continentia religiosa est cum licentia verecunda; ambae cum creatore sunt: continentia legem nuptiarum honorat, licentia temperat; illa non cogitur, ista regitur; illa arbitrium habet, haec modum. **4.** Unum matrimonium novimus sicut unum deum. Magis honorem refert lex nuptiarum, ubi habet et pudorem. **5.** Sed (3.) psychicis non recipientibus Spiritum ea quae sunt Spiritus non placent. Ita, dum quae sunt Spiritus non placent, ea

---

1. 15 *cf.* cast. 7, 6 l. 35 17—18 *cf.* I Cor. 2, 14

---

1. 1 Incipit de monogamia *N*, Incipit liber Tertuliani de monogamia *F*, Q. Septimii Florentis incipit liber de monogamia *X* 2 haeretici *sc. Marcionitae* (*cf. adv. Marc. 5, 7, 6* Marcion totum concubitum auferens), psychici *cum despectu dictum de catholicis ex I Cor. 2, 14, cf. ieiun. 1, 1 adv. Prax. 1, 6* psych- *hic X*, psyth- *F hic* (phith- *§ 5*), phys- *et* phis- *cett.* 4 aurigas *i. admissarios, Thes. 1499, 79. SB 54* 6 te] et te *CPam.* 10 Spiritales *de Montanistis ex I Cor. 2, 13* πνευματικά. Spiritalium *sc. Spiritus Montani* 11 facit ω*R*1, -unt *R*3 (*et* spiritalia charismata, *om.* agnitio) agnitio *CPam., om. cett.* religiosa est (*i. adest, versatur*) cum ω*R*, tam r. est quam *CPam.* 12 verecunda quandoquidem ambae *R*3 *Gel.*, verecunda verecunda continentia ambae ω*R* 15 magis] *praef. III 114* 18 ita dum *Gel. Pam.*, ita *FXR*1.2, ea *N*, ita quibus *R*3

quae sunt carnis placebunt ut contraria Spiritus. *Caro*, inquit, *adversus spiritum concupiscit et spiritus adversus carnem.* **6.** Quid autem concupiscet caro quam quae magis carnis sunt? Propter quod et in primordio extranea spiritus facta est; *non*, inquit, *permanebit spiritus meus in istis hominibus in aevum, eo quod caro sint.*

2, 1. Itaque monogamiae disciplinam in haeresim exprobrant nec ulla magis ex causa Paraclitum negare coguntur, quam dum existimant novae disciplinae institutorem et quidem dirissimae illis, ut iam de hoc primum consistendum sit in generali retractatu, an capiat Paraclitum aliquid tale docuisse, quod aut novum deputari possit adversus catholicam traditionem aut onerosum adversus levem sarcinam. **2.** De utroque autem ipse dominus pronuntiavit; dicens enim: *Adhuc multa habeo quae loquar ad vos, sed nondum potestis portare ea; cum venerit spiritus sanctus, ille vos ducet in omnem veritatem,* satis utique praetendit e*do*cturum illum, quae et nova existimari possint ut numquam retro edita et aliquanto onerosa ut idcirco non edita. **3.** 'Ergo', inquis, 'hac argumentatione quidvis novum et onerosum paraclito adscribi poterit, etsi ab adversario spiritu fuerit.' Non utique; adversarius enim spiritus ex diversitate praedicationis appareret, primo regulam adul-

---

19 Gal. 5, 17 22 Gen. 6, 3
2. 7 *cf.* Matth. 11, 30 8 Ioh. 16, 12 *sq.*

---

19 ut *C, om. cett.* Spiritus *NXR*, -ui *FCPam.* 21 concupiscit *N* quam: *praef. III 71*

2. 1 disciplinam XR^3, -a *F*, -ae *N* in: *praef. III 59c* exprobrant *NGel.*, exprobant *FXR* (*Thes. 1798, 54*) 2 paraclitum ω *ubique* 4 dirissimae NXR^1 (*SB 60*), durissimae $FR^{2.3}$ consistendum *i. morandum, quaerendum, Thes. 471, 77* 5 in *Gel.Pam.* (*Thes. 785, 35*), ut ω*R* capiat *i. possibile sit, Thes. 333, 27* 7 sarcinam domini *CPam., sed cf. praef. III 89b* 11 praetendit] *cf.* intentari *Scap. 1, 3* edocturum *Kr. cf. l. 21. 29*, et docturum *C*, ea acturum ω*R* 12 aliquanto ω*R* (*cf. apol. 21, 1* a. novellam) 13 edita *i. mandata ut fug. 7, 1* 14 ab R^3 *VL, om. cett.* 16 appareret *FX*, -et *NR*

terans fidei et ita ordinem adulterans disciplinae, quia cuius gradus prior est, eius corruptela antecedit, id est fidei, quae prior est disciplina: ante quis de deo haereticus sit necesse ⟨e⟩st et tunc de instituto; **4.** paraclitus autem multa habens edocere, quae in illum distulit dominus, secundum praefinitionem ipsum primo Christum contestabitur qualem credimus cum toto ordine dei creatoris et ipsum glorificabit et de ipso commemorabit et sic de principali regula illa multa, quae sunt disciplinarum, revelabit fidem dicente pro eis integritate praedicationis, ⟨licet⟩ novis, quia nunc revelantur, licet onerosis, quia nec nunc sustinentur, non alterius tamen Christi quam qui habere se dixit et alia multa quae a paraclito edocerentur, non minus istis onerosa quam illis, a quibus nondum tunc sustinebantur.

3, 1. Sed an onerosa monogamia, viderit adhuc impudens infirmitas carnis; an autem nova, de hoc interim constet. Illud enim amplius dicimus: etiamsi totam et solidam virginitatem sive continentiam paraclitus hodie determinasset, ut ne unis quidem nuptiis fervorem carnis despumare permitteret, sic quoque nihil novi inducere videretur, ipso domino spadonibus aperiente regna caelorum ut et ipso spadone, quem spectans et apostolus, propterea et ipse castratus, continentiam mavult. **2.** 'Sed salvo', inquis, 'iure nubendi'. Plane salvo et videbimus quousque, nihilominus tamen ex ea parte destructo, qua continentiam praefert. *Bonum*, inquit, *homini mulierem non contingere* — ⟨ergo malum est

---

23 *cf.* Ioh. 16, 13 *sq.*

3. 7 *cf.* Matth. 19, 12 9 *cf.* I Cor. 7, 7. 8 11 I Cor. 7, 1

---

17 ita *i. deinde ut* sic *l. 24; v. praef. III 73. 74* 20 est et *Pam.*, stet ω R^1, est R^2 *p. 584* 24 de] *v. praef. III 57. 88 SB 114* illa regula multa *N* 26 ⟨licet⟩ *Gel. Pam.*

3. 1 an *N Gel. Pam., om. cett.* onerosa monogamia *V Gel. Pam.*, -am -am ω *R* 5 despumare *X* R^2, de spū manare *N F* R^1 8 que(m) ω *R Gel.*, ad quem *Pam.* spectans et R^2 *p. 584*, spectasset ω R^1 10 tamen ω *R*, iam *Gel. Pam.* 12 *suppl. Gel.* ('*ex Hier. adv. Iovin. 1, 7 p. 229A ?*' *Dekkers*)

contingere;⟩ nihil enim bono contrarium nisi malum — ideoque superesse, *ut et qui habeant uxores sic sint quasi non habentes*, quo magis qui non habent habere non debeant. **3.** Reddit etiam causas, cur ita suadeat, quod innupti de deo cogitent, nupti vero, quomodo in matrimonio quis suo placeat. Et possum contendere non mere bonum esse quod permittitur; quod enim mere bonum est, non permittitur, sed ultro licet; permissio habet causam aliquando et necessitatis. Denique in hac specie non est voluntas permittentis nubere; aliud enim vult: *Volo vos*, inquit, *omnes sic esse quomodo et ego*. **4.** Et cum ostendit melius esse, quid utique se velle confirmat, quam quod melius esse praemisit? Et ita si aliud quam quod voluit permittit, non voluntate, sed necessitate permittens, (4.) non mere bonum ostendit, quod invitus indulsit. Denique cum dicit: *Melius est nubere quam uri*, quale id bonum intelligendum, quod melius est [et] poena, quod non potest videri melius nisi pessimo comparatum? **5.** Bonum illud est, quod per se hoc nomen tenet sine comparatione non dico mali, sed etiam boni alterius, ut, et si alio bono comparatum adumbretur, (5.) remaneat nihilominus in boni nomine. Ceterum si per mali collationem cogitur bonum dici, non tam bonum est quam genus mali inferioris, quod ab altiore malo obscuratum ad nomen boni impellitur. **6.** Aufer denique condicionem, ut dicas: *Melius est nubere quam uri*, et quaero, an dicere audeas: (5.) 'Melius est nubere', non adiciens, quo melius sit. Ergo iam

---

14 I Cor. 7, 29 17 *cf.* I Cor. 7, 32—34; cast. 9, 1 l. 3 22 I Cor. 7, 7 27 *et* 36 I Cor. 7, 9 28 *sqq. cf.* cast. 3, 7 l. 48—3, 10 l. 66

---

14 habentes ωR *cum Graeco*, habeant *Gel. Pam.* 18 mere *R*, merere *X*, mereri *NF* 19 mere *NR*, mero *FX* 20 necessitatis R^3L, -as ωR^1 27 quale R^2 *p. 584*, quare ωR^1 28 est et $NXR^{1.2}$, et *F*, est R^3 31 alio] *praef. III 8* 32 in] *praef. III 60a* bono *N* per mali coll. R^2 *p. 584*, p. m. cogitationem FXR^1, p. m. comparationem *C*, permissio mali *N* 35 *post* denique *add. N fere sex litteras* 36 dicas ωR^1, non d. $R^{2.3}$, *exhort. cast. 3, 4; cf. SB 32* 37 est *N*, *om. FXR* sit *RGel.*, fit *NF*, sit. fit *CPam.*

non melius, et dum non melius, nec bonum, sublata condicione, quae, dum melius illud facit alio, ita bonum haberi cogit. Melius est unum oculum amittere quam duos; si tamen discedas a comparatione utriusque, non erit melius unum oculum habere, quia nec bonum. **7.** Quid nunc, si omnem indulgentiam nubendi de suo, id est de humano sensu accommodat, ex necessitate qua diximus, quia melius sit nubere quam uri? Denique conversus ad alteram speciem dicendo: *Nuptis autem* (6.) *denuntio, non ego, sed dominus*, ostendit illa, quae supra dixerat, non dominicae auctoritatis fuisse, sed humanae aestimationis. **8.** At ubi ad continentiam reflectit animos: *Volo autem vos sic esse omnes*: *Puto autem*, inquit, *et ego spiritum dei habeo*, ut, si quid indulserat ex necessitate, id spiritus sancti auctoritate revocaret. **9.** Sed et Iohannes monens sic (7.) nos incedere debere quemadmodum et dominus, utique etiam secundum sanctitatem carnis admonuit incedere. Adeo manifestius: *Et omnis*, inquit, *qui spem istam in illo habet, castificat se, sicut et ipse castus est.* Nam et alibi: *Estote sancti, sicut et ille sanctus fuit*, scilicet carne; de spiritu enim non dixisset, quia spiritus ultro sanctus agnoscitur nec ⟨ex⟩spectat sanctitatis admonitionem, quae propria natura est eius; caro autem (8.) docetur sanctitatem, quae et in Christo fuit sancta. **10.** Igitur si omnia ista oblitterant licentia⟨m⟩ nubendi et condicione licentiae inspecta et praelatione continentiae imposita, cur non potuerit post apostolos idem spiritus superveniens ad dedu-

---

45 *cf.* cast. 3, 6 l. 41 45—46 I Cor. 7, 10 49 *sq.* I Cor. 7, 7. 40 51 I Ioh. 2, 6 54 *sq.* I Ioh. 3, 3 55 *cf.* Lev. 12, 8 62 *cf.* Ioh. 16, 13 praescr. 8, 14 p. 13, 33

---

39 alio] *an* malo? 41 utriusque (*sc. rei*) ω *R Gel.*, mali u. *C Pam.* 51 sed et I. *Gel. Pam.*, sed I. *F X R*, I. autem *N* 53 adeo] *v. praef. III 70* manifeste *Gel. Pam.* (*ex coni., credo, propter male intellectum* adeo) 55 nam et *i. sed etiam, item, Thörnell II 90* 57 *suppl. Gel. Pam.* 59 docet *F X R*1.2 60 *suppl. R*3 (obliterantur *R*1 *mg*) 61 imposita *i. statuta, Thörnell I 10; cf. 9, 4 et Thes. 655, 49* 62 *sq.* deducendam] *cf. fug. 1, 1* deductorem

cendam disciplinam in omnem veritatem per gradus temporum — secundum quod Ecclesiastes: *Tempus omni rei* inquit — supre*m*am iam carni fibulam imponere, iam non oblique a nuptiis avocans, sed exerte, cum magis nunc tempus in collecto factum sit annis circiter CLX exinde productis?

(9.) **11.** Nonne ipse apud te retractares, vetus haec disciplina sit, praemonstrata iam tunc in carne domini et in voluntate, dehinc in apostolorum eius tam consiliis quam exemplis? 'olim sanctitati huic destinabamur; nihil novi Paraclitus inducit; quod

(10.) praemonuit, definit, quod sustinuit, exposcit.' Et nunc recogitans ista facile tibi persuadebis multo magis unicas nuptias competisse Paraclito praedicare, qui potuit et nullas, magisque credendum temperasse illum, quod et abstulisse decuisset.

12. Si, quae velit Christus, intelligas, in hoc quoque Paraclitum agnoscere debes advocatum, quod a tota continentia infirmitatem tuam excusat.

4, 1. Secedat nunc mentio Paracliti ut nostri alicuius auctoris; evolvamus communia instrumenta scripturarum pristinarum. Hoc ipsum demonstratur a nobis neque novam neque extraneam esse monogamiae disciplinam, immo et antiquam et propriam Christianorum, ut Paraclitum restitutorem potius sentias eius quam institutorem. **2.** Quod pertineat ad antiquitatem, quae potest antiquior forma proferri quam ipse census generis humani? Unam feminam masculo deus finxit una costa eius decerpta et utique ex pluribus. Sed et in praefatione ipsius operis: *Non est*, inquit, *homini bonum*

---

64 Eccles. 3, 17 67 *cf.* I Cor. 7, 29

4. 9 *cf.* Gen. 2, 21; cast. 5, 1 l. 5 10 Gen. 2, 18

---

63 disciplinam] *praef. III 83* 65 supremam *Gel. Pam.*, super terra(m) ω*R* fibulam *i. vinculum, Thes. 645, 20. 644, 73* 68 discipline *NX* sit ω*R* (*praef. III 48*), est *Gel. Pam.* 69 in vol. ω R^1 (*cf. Thes. s. v.* in *803, 4*), in *om.* R^3 72 definivit *N* sustinuit *i. exspectavit, fieri voluit; cf. Oehlerum ad fug. 11* 73 nuptias *C Pam., om. cett.* 75 docuisset *FXR*1.2

4. 8 census *i. origo, Thes. 808, 81* 10 bonum homini solum eum *FXR* (καλὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον μόνον)

eum solum esse; *faciamus adiutorium illi*; adiutores enim dixisset, si pluribus eum uxoribus destinasset. **3.** Adiecit et legem de futuro, siquidem prophetiae dictum est: *Et erunt duo in unam carnem*, non tres neque plures; ceterum iam non duo, si plures. Stetit lex; denique perseveravit unio coniugii (3.) in auctoribus generis ad finem usque, non quia non erant feminae aliae, sed quia ideo non erant, ne primitiae generis duplici matrimonio contaminarentur. **4.** Alioquin si deus voluisset, et esse potuisset; certe de filiarum suarum numerositate sumpsisset, non minus ex ossibus et ex carne sua habens Evam, si hoc pie fieret. **5.** At ubi primum scelus homicidium in fratricidio dedicatum, tam dignum secundo loco scelus non fuit quam duae nuptiae; neque enim refert, duas quis uxores singulas habuerit an pariter singulae duos fecerint: idem numerus coniunctorum et separatorum. **6.** Semel tamen vim (4.) passa institutio dei per Lamech constitit postea in finem usque gentis illius; secundus Lamech nullus exstitit quomodo duabus maritus: negat scriptura, quod non notat. Aliae diluvium iniquitates provocaverunt, semel defensae, quales fuerunt, non tamen septuagies septies, quod duo matrimonia meruerunt. **7.** Sed et reformatio secundi generis humani monogamia matre censetur: iterum duo in unam carnem (5.) crescere et redundare suscipiunt, Noe et uxor filiique eorum

---

13 Gen. 2, 24 14 *cf.* cast. 5, 2 l. 11 19 *cf.* Gen. 5, 4 20 *cf.* Gen. 2, 23 26 *cf.* Gen. 4, 18. 19; cast. 5, 4 l. 26 30 *cf.* Gen. 4, 24 33—34 *cf.* Gen. 7, 13

---

13 prophetiae $R^{1.2}$, profacie *FX*, prophetice *NGR*^{3}; *praef. III 109* 14 carne una *N cum Vulg.* (σάρκα μίαν) ceterum *i. alioquin, Thes. 972, 52* 19 potuisset ω*R* (*praef. III 117*), -ent *Gel. Pam.* de] *v. praef. III 57* 21 si *N* R^1 *mg*, sibi *FX* R^1 pie *i. secundum dei voluntatem* 22 dedicatum (*sc.* est, *praef. III 94a*) *i. coepit, Thes. 261, 8; de pleonasmo v. praef. III 103d* 24 pariter *i. eodem tempore* duos ω*R*, duas *Gel. Pam.* 25 coni. *N*, est iunctorum *FX* 28 maritus ω*R* (*cf. Thes. 403, 73. praef. III 19*), maritatus *C Pam.* 29 defensae *i. punitae, Thes. 304, 73* quales *i. qualescumque, praef. III 30* 32 censetur *i. initium habet, Thes. 789, 7*

in unicis nuptiis. **8.** Etiam in ipsis animalibus monogamia recognoscitur, ne vel bestiae de moechia nascerentur: *Ex omnibus*, inquit, *bestiis ex omni carne duo induces in arcam, ut vivant tecum; masculus et femina erunt; de animalibus volatilibus secundum genus et de omnibus serpentibus terrae secundum genus ipsorum duo ex omnibus introibunt ad te, masculus et femina.* **9.** Eadem forma et septena ex binis adlegi mandat, ex masculo et femina uno et una. Quid amplius dicam? Immundis quoque alitibus cum binis feminis introire non licuit.

5, 1. Haec quantum ad primordiorum testimonium et originis nostrae patrocinium et divinae institutionis praeiudicium. Quae utique lex est, non *monimentum*, quoniam, si ita factum est a primordio, invenimus nos ad initium dirigi a Christo, sicut in quaestione repudii dicens illud propter duritiam ipsorum a Moyse esse permissum, ab initio autem non ita fuisse, sine dubio ad initium revocat matrimonii individui-
(2.) tatem; ideoque quos deus ab initio coniunxit in unam carnem duos, hodie homo non separabit. **2.** Dicit et apostolus scribens ad Ephesios deum proposuisse *in semetipso ad dispensationem adimpletionis temporum ad caput*, id est ad initium, *reciprocare universa in Christo, quae sunt super caelos et super terras in ipso.* **3.** Sic et duas Graeciae litteras, summam et ultimam, sibi induit dominus, initii et finis concurrentium in se figuras, uti, quemadmodum A ad Ω ⟨usque volvitur et rursus Ω ad A⟩ replicatur, ita ostenderet in se esse et initii decursum ad

---

36 Gen. 6, 19. 20 41 *cf.* Gen. 7, 2

5. 6 *cf.* Matth. 19, 8 8 *cf.* Matth. 19, 6 9 *cf.* Eph. 1, 9. 10 13 *cf.* Apoc. 1, 8. 22, 13

---

38 genus *XR*, g. ṣuụm *F et* g. ipsorum *N contra LXX ante* serpentibus *LXX habent* καὶ ἀπὸ πάντων τῶν κτηνῶν κατὰ γένος

5. 3 monimentum R^3, nomine tunc ω$R^{1.2}$ 6 autem *usque ad l. 8* ab initio *Gel., om. cett.* 8 quos] quod *Gel.* 13 Graeciae] *praef. III 109* litteras s. et u. *VL*, summas l. et ultimas *N*, summa(m) littera(m) et ultima(m) *FXR* 15 ad (*prius*) R^2 *p. 585, et cett. suppl. Gel.*

finem et finis recursum ad initium, ut omnis dispositio in eo desinens, per quem coepta est, per sermonem scilicet dei, qui[a] caro factus est, proinde desinat, quemadmodum et coepit. **4.** Et adeo in Christo omnia revocantur ad initium, (3.) ut et fides reversa sit a circumcisione ad integritatem carnis illius, sicut ab initio fuit, et libertas ciborum et sanguinis solius abstinentia, sicut ab initio fuit, et matrimonii individuitas, sicut ab initio fuit, et repudii cohibitio, quod ab initio non fuit; et postremo totus homo in paradisum revocatur, ubi ab initio fuit. **5.** Cur ergo vel monogamum illo ⟨non⟩ debeat Adam re- (4.) ferre, qui [non] potest tam integrum quam inde dimissus est? Quantum pertinet itaque ad initii restitutionem, id a te exigit et dispositionis et spei tuae ratio, quod ab initio fuit; secundum initium, quod tibi et in Adam censetur ⟨et in Noe recensetur⟩, elige, in quo eorum initium tuum deputes: in ambobus te sibi monogamiae censura defendit. **6.** Sed et si initium transmittit (5.) ad finem ut A ad Ω, quomodo finis remittit ad initium ⟨ut Ω ad A⟩, atque ita census noster transfertur in Christum, animalis in spiritalem, quia *non primo, quod spiritale est, sed quod animale, dehinc quod spiritale*, proinde videamus, an id ipsum debeas huic quoque censui secundo, an in eandem te formam conveniat novissimus quoque Adam in quam et primus,

---

18—19 *cf.* Ioh. 1, 14 23 *cf.* act. 15, 20 Gen. 9, 4 35 I Cor. 15, 46

---

17 in eo *F*, in o *N*, in ω *X C R*1.2, in eum *R*3 19 qui *R*3, quia ω *R*1.2 20 revocantur *Gel. Pam.*, -rentur ω *R* 21 carnis *Gel. Pam.*, om. ω *R* 22 lib. cib. et *Gel., om. cett.* 24 quod *X R*3, quae *N F* 25 revocaretur *R*2 *p. 585* 26 illo (*i. in paradisum*) ω, illum *R* ⟨non⟩ *Ursinus* 27 [non] *Kellner* integrum praestare *Gel. Pam.* 29 dispositionis *sc. divinae, praef. III 89b* 30 censetur *i. incipit, Thes. 789, 7* ⟨et in N. r.⟩ *Pam.* 32 censura *i.* (*magna*) *aestimatio, Thes. 804, 54* defendit *i. vindicat, Thes. 304, 13* 33 ad Ω *Gel. Pam.*, et Ω ω *R* ut Ω ad A *Gel. Pam., om.* ω *R* 37 censui *i. initio, Thes. 808, 81* eandem . . . formam *Gel. Pam.* (*praef. III 59d*), eandem . . . forma *F X*, eadem . . . forma *N R* 38 conveniat *N*, -et *F X R* in quam ω *R*1, in qua *R*2 primus *usque ad* id est *Gel., om. cett.*

quando novissimus Adam, id est Christus, innuptus in totum,
(6.) quod etiam primus Adam ante exilium. **7.** Sed donato infirmitati tuae carnis suae exemplo perfectior Adam, id est Christus, eo quoque nomine perfectior qua integrior, volenti quidem tibi spado occurrit in carne; si vero non sufficis, monogamus incurrit in spiritu, unam habens ecclesiam sponsam secundum figuram, quam apostolus ⟨in⟩ illud magnum sacramentum interpretatur, in Christum et ecclesiam, competentes carnali monogamiae per spiritalem. **8.** Vides igitur, quemadmodum etiam in Christo nova⟨n⟩s censum non possis eum sine monogamiae professione deferre, nisi carne sis, quod spiritu ille est, licet et quod fuit carne, aeque esse debueris.

6, 1. Sed adhuc nobis quaeramus aliquos originis principes. Non placent enim quibusdam monogami parentes Adam et Noe; fortasse nec Christus. Ad Abraham denique provocant, prohibiti patrem alium praeter deum agnoscere. Sit nunc pater noster Abraham: sit et Paulus: *In evangelio,* inquit, *ego vos genui.* **2.** Etiam Abrahae te filium exhibe; non enim passivus tibi census est in illo: certum tempus est, quo tuus pater est. Si enim ex fide filii deputemur Abrahae, ut apostolus docet dicens ad Galatas: *Cognoscitis nempe, quia, qui ex fide, isti sunt filii Abrahae,* quando *credidit Abraham deo et deputatum est ei in iustitiam*? Opinor, adhuc in mono-

---

45 *cf.* cast. 5, 3 l. 16 *cf.* Eph. 5, 32
6. 5 I Cor. 4. 15 9—10 Gal. 3, 7 10—11 Gal. 3, 6

---

42 qua *XR*, quo qua *N*, qua qua *F* 43 occurrit] incurrit *X fort. recte.* 44 incurrit ω*R Gel.* (*cf. Thes. 1085, 25*), occurrit *Pam.* secundum Adam et Evae figuram *Pam., sed v. praef. III 89 b* 45 ⟨in⟩ *Gel. Pam., om.* ω*R* (*cf. Thes. 804, 11*) 46 competisse *Gel. Pam.* 48 novans R^2 *p. 585* eum *om. N, cf. praef. III 105* 49 referre *Lat.* carne sis R^1 *mg*, carnis is ω 50 in carne *RL*

6. 5 Sit *NR*, sic *F*, sicut *X* sit *NX* (*?*), sic *FR* 6 genui *N* (*SB 96*), generavi *cett. cum Vulg.* te *om. Gel.* 7 passivus *i. promiscuus, cf. pall. 3, 7* passivitus, *4, 8* passivitas 8 deputemur ω*R*, -amur *Gel. Pam.* 11 est *N Gel. Pam., om. FXR, cf. praef. III 94 a*

gamia, quia in circumcisione nondum. **3.** Quodsi postea in (2.)
utrumque mutatus est, et in digamiam per ancillae concubinatum et in circumcisionem per testamenti signaculum,
15 non potes illum patrem agnoscere nisi tunc, cum deo credidit, siquidem secundum fidem filius eius es, non secundum carnem; aut si posteriorem Abraham patrem sequeris ut et digamum, recipe et circumcisum. **4.** Si reicis circumcisum, ergo recusabis et digamum; duas dispositiones eius binis inter se modis diver-
20 sas miscere non poteris. Digamia cum circumcisione esse orsus est et monogamia cum praeputiatione: recipis digamiam, admitte et circumcisionem; tueris praeputiationem, teneris et monogamiae. **5.** Adeo autem monogamiae Abrahae filius es sicut et praeputiati, ut, si circumcidaris iam, non sis filius,
25 quia non eris ex fide, sed ex signaculo fidei in praeputiatione iustificatae. Habens apostolum disce cum Galatis. Proinde (3.)
etsi digamiam iam tibi intuleris, non es illius, cuius fides in monogamia praecessit. Nam etsi postea pater multarum nationum nuncupatur, sed earum, quae ex fide digamiam
30 praecedente filii habeant deputari Abrahae. **6.** Exinde res viderint: aliud sunt figurae, aliud formae, aliud imagines, aliud definitiones: imagines transeunt adimpletae, definitiones permanent adimplendae; imagines prophetant, definitiones gubernant. **7.** Quid digamia illa Abrahae portendat, idem
35 apostolus edocet interpretator utriusque testamenti, sicut

---

28 *cf.* Gen. 12, 3. Gal. 3, 8 35 *cf.* Gal. 4, 22—31

12—13 in utrumque] *praef. III 59b* 13 digamia *et* circumcisio] *v. praef. III 82* 17 ut et R^2 *p. 585*, at est ω R^1, id est *Gel. Pam.* 20 digamia ω R^1 (*v. praef. III 82*), digamus a R^3 *Gel.*, digamus *C Pam.* cum *C*, *om. cett.* 21 et monogamia ω R^1, monogamus R^3 23 monogamiae (*post.*) ω, monogami *R* 24 *et* 27 si ... iam] *v. Thes. VII 128, 16* 26 habens ω $R^{1.2}$ (*SB 54*), habes R^3 27 illius Abrahae filius *Gel. Pam.*, *sed v. praef. III 89b* 29 sed] *Hoppe 108* digamiam R^3, -a ω $R^{1.2}$ 30 habeant *N F* $R^{1.2}$, -bant *X* R^3 31 figurae *i. allegoriae, Thes. 734, 81* formae *i. normae, leges, Thes. 1085, 82* imagines *i. allegoriae, Thes. 412, 47*

(4.) idem semen nostrum in Isaac vocatum determinat. Si ex libera es, ad Isaac pertines; hic certe unum matrimonium pertulit. **8.** Isti itaque sunt, ut opinor, in quibus censeor. Ceteros nescio; quorum si exemplа circumspicio, alicuius David etiam per sanguinem n*up*tias sibi ingerentis, alicuius Salomonis etiam uxoribus divitis, meliora sectari iussus habes et Iosephum uniiugum — et hoc nomine audeo dicere patre meliorem —, habes Moysen dei de proximo arbitrium, habes Aaronem principalem sacerdotem. **9.** Secundus quoque Moyses populi secundi, qui imaginem nostram in promissionem dei induxit, in quo primo nomen domini dedicatu*m* est, non fuit digamus.

7, 1. Post vetera exempla originalium personarum aeque ad vetera transeamus instrumenta legalium scripturarum, ut per ordinem de omni nostra paratura retractemus. Et quoniam quidam interdum nihil sibi dicunt esse cum lege — quam Christus non dissolvit, sed adimplevit —, interdum quae volunt legis arripiunt, plane et nos sic dicimus decessisse legem, ut onera quidem eius, secundum sententiam apostolorum quae nec patres sustinere valuerunt, concessarint, quae vero ad iustitiam spectant, non tantum reservata

---

36 *cf.* Gal. 4, 31 37 *cf.* Gal. 4, 22. 23 40 *cf.* II reg. 11, 2 sqq. 41 *cf.* III reg. 11, 1 45 de nuptiis Iesu Nave scriptura nihil tradidit **7.** 5 *cf.* Matth. 5, 17 8 *cf.* Act. 15, 10

---

36 semen nostrum *i. nos Christianos* 37 pertines ω *R Gel.*, -ens *Pam. ex Vatic. lat. 189* et hic *V L* 39 nescio *i. nolo scire, reicio. Kellner, cf. Ambr. paenit. 1, 7, 32* Novatianus illum minimum visitare nescit (*i. non vult*), in quo tu desideras visitari circumspicior *N* 40 nuptias *Gel. Pam.*, nescias ω *R* 42 Yosephum *N F*, -eph *cett.* uniiugum *Gel. Pam.*, monogamum ω *R* 43 arbitrium ω (*praef. III 82*), arbitrum *R* 44 secundus Moyses *est Iesus Naue* (*Iosue*) 45 promissionem] *praef. III 82* 46 dei i. in q. p. nomen *Gel. Pam.*, in imaginem ω *R* dedicatum *Gel.*, -us ω *R*

7. 1 vetera R^1 *mg*, vera ω R^1 2 legalium R^3, regalium ω R^1 scripturarum] *melius dixisset* praeceptorum; *cf. 8, 1* exemplis . . . sententias 3 de omni *Gel. Pam.*, per omnia ω *R* 8 quae *postpositum, praef. III 90b*

permaneant, verum et ampliata, ut scilicet redundare possit iustitia nostra super scribarum et Pharisaeorum iustititia⟨m⟩. **2.** ⟨Si⟩ iusti⟨tia⟩, utique et pudicitia. Si ergo, quoniam in lege praecipitur, ut quis fratris sui uxorem sine liberis defuncti in matrimonium adsumat ad suscitandum fratri suo semen, idque saepius evenire in unam personam potest secundum callidam illam quaestionem Sadducaeorum, ideo et alias putant permissam frequentiam nuptiarum, intelligere debebunt primo rationem ipsius praecepti et ita scient illam rationem iam cessantem ex eis esse, quae evacuata sint. **3.** Necessario succedendum erat in matrimonium fratris sine liberis defuncti, primum, quia adhuc vetus illa benedictio decurrere habebat: *Crescite et redundate*, dehinc, quoniam patrum delicta etiam de filiis exigebantur, tertio, quoniam spadones et steriles ignominiosi habebantur. **4.** Itaque ne proinde maledicti iudicarentur, qui non naturae reatu, sed mortis praeventu orbi decessissent, ideo illis ex suo genere vicaria et quasi postuma suboles supparabatur. At ubi et *crescite et* (4.) *redundate* evacuavit extremitas temporum inducente apostolo: *Superest, ut et qui habent uxores sic sint, ac si non habeant, quia tempus in collectum est*, et desinit uva acerba a patribus manducata filiorum dentes obstupefacere — *unusquisque* enim *in suo delicto morietur* — et spadones non tantum ignominia caruerunt, verum et gratiam meruerunt invitati in regna caelorum, sepulta lege succedendi in matrimonium fratris

---

10—11 *cf.* Matth. 5, 20 sqq. 13 *cf.* Deut. 25, 5 16 *cf.* Matth. 22, 23 sqq. 22 Gen. 1, 28 22—23 *cf.* Exod. 20, 5 23—24 *cf.* Deut. 23, 1. Gen. 30, 1 sqq. 29 I Cor. 7, 29; *cf.* cast. 4, 2 l. 17 30 *cf.* Ier. 31, 29 31—32 Ier. 31, 30 32 *cf.* Matth. 19, 12

11—12 *suppl. R*³ 19 sint ω *R Gel.* (*de coniunctivo cf. 12, 1* qui sint), sunt legis *C Pam.* 25 reatu sed *R*² *p. 585*, reatus et ω, reatu et *R*, reatu at *Kr.* (*cf. Thes. II 1005, 28 sqq.*) 28 inducente *i. dicente, Thes. 1239, 13* 30 collectum ω (*praef. III 59 d*), -o *R* desinit *N F* (*praef. III 112*), desiuit *X*, desiit *cett.* (desierunt *etc. pluraliter G R*³ *Gel.*) 31 in *causale, praef. III 60 c*

contrarium eius obtinuit non succedendi in matrimonium fratris. **5.** Et ita, ut praediximus, quod cessavit valere cessante ratione non potest alii argumentationem accommodare. Ergo non nubet defuncto viro uxor, fratri utique nuptura, si nupserit; omnes enim nos fratres sumus; et illa nuptura in domino habet nubere, id est non ethnico, sed fratri, quia et vetus lex adimit coniugium allophylorum. **6.** Cum autem et in Levitico cautum sit: *Quicumque sumpserit fratris uxorem, immunditia est, turpitudo, sine liberis morietur*, sine dubio, dum ille prohibetur denuo nubere, et illa prohibetur non habens nubere nisi fratri. Quomodo ergo apostolo conveniet et legi, quam non in totum impugnat, cum ad epistolam ipsius venerimus, ostendetur. **7.** Interim quod pertineat ad legem, magis nobis
(7.) competunt argumentationes eius; denique prohibet eadem sacerdotes denuo nubere; filiam quoque sacerdotis iubet viduam vel eiectam, si semen non fuerit illi, in domum patris sui regredi et de pane eius ali. Ideo 'si semen non fuerit illi', non ut, si fuerit, denuo nubat — quanto magis enim non nubet, si filios habeat? — sed ut, si habuerit, a filio potius alatur quam a patre, quo et filius praeceptum dei exsequatur: *Honora patrem et matrem*. **8.** Nos autem Iesus summus sacerdos et magnus patris de suo vestiens, quia qui in Christo tinguntur, Christum induerunt, sacerdotes deo patri suo fecit secundum Iohannem. Nam et illum adolescentem festinantem ad exsequias patris ideo revocat, ut ostendat sacerdotes nos vocari ab eo, quos lex vetabat parentum sepulturae adesse:

---

41 *cf.* Deut. 7, 3 42 Lev. 20, 21 48—49 ubi? (certe non Lev. 21, 13—15.) *cf.* 17, 4 de pontifice maximo et cast. 7, 1 l. 5 50 *cf.* Lev. 22, 13 55 Exod. 20, 12 57 *cf.* Gal. 3, 27, Apoc. 1, 6; cast. 7, 3 l. 17 58 *cf.* Luc. 9, 59

---

41 adimit *N R*, admittit *F X* 42 cautum *i. dictum, Thes. 640, 51* 46 venerimus *Gel. Pam.*, veneris ω *R* 48 argumentationes *R*, -e ω 49 quoque *om. N* 53 ut R^3, et ω $R^{1.2}$ 55 nos (R^1 *mg*) a. Iesus R^2 *p. 585*, non a. is ω summus et magnus] *praef. III 110* 58 adol- ω *R*, -u- *edd.*

Super omnem, inquit, *animam defunctam sacerdos non introibit et super patrem suum et super matrem suam non contaminabitur.* **9.** Ergo et hoc nos interdictum observare debemus? Non utique; vivit enim unicus pater noster deus et mater ecclesia et neque mortui sumus, qui deo vivimus, neque mortuos sepelimus, quia et illi vivunt in Christo; certe sacerdotes sumus a Christo vocati, monogamiae debitores ex pristina dei lege, quae nos tunc in suis sacerdotibus prophetavit.

8, 1. Nunc ad legem proprie nostram, id est evangelium conversi qualibus excipimur exemplis, dum ad sententias pervenimus? Ecce statim quasi in limine duo nobis antistites Christianae sanctitatis occurrunt, monogamia et continentia, alia pudica in Zacharia sacerdote, alia integra in Iohanne antecursore, alia placans deum, alia praedicans Christum, alia totum praedicans sacerdotem, alia plus praeferens quam prophetam, scilicet eum, qui non tantum praedicaverit aut demonstraverit coram, verum etiam baptizaverit Christum. **2.** Quis enim corpus domini dignius initiaret quam eiusmodi caro, qualis et concepit illud et peperit? Et Christum quidem virgo enixa est, semel nuptura post partum, ut uterque sanctitatis titulus in Christi censu dispungeretur per matrem et virginem et univiram. **3.** At ubi infans templo exhibetur, quis illum in manus suscipit, quis in spiritu primus agnoscit? *Vir iustus et cautus* et utique non digamus, vel ne dignius mox a

---

61 Lev. 21, 1. 11

8. 14 *cf.* Luc. 2, 22—39 16 Luc. 2, 25

---

63 *iunge* et nos, *praef. III 91* hoc nos *N*, nos hoc *cett.* 65 de deo *Pam.* 66 certe *i.* '*sed*' *ut pall. 4, 2*

8. 1 evang. ω*R Gel.* (*cf. Löfstedt 64*), ad evang. *C Pam.* 2 sententias] *cf. 9, 1 et ad 8, 1* 3 duo ω*R* (*praef. III 10*), duae *Gel. Pam.* 5 pudicitia *N* 7 totum] *praef. III 119* 8 prophetam *Kr.*, -ans ω*R*, -en *Gel. Pam.* 12 post] ob R^3 *Gel.* sanct. tit. *N*, t. s. *cett.* 16 cautus ω*R Pam.* (εὐλαβής), castus *Gel.* dignius *X R*, dignus *N*, indignius *F Vatic. 190. 191. Urb. 64* (*sc. indignum fuisset, si non monogamus, sed monogama prior Christum praedicasset*) 16—17 a f. Chr. *N*, Chr. a f. *cett.*

femina Christus praedicaretur vetere vidua et univire, quae et templo dedita satis in semetipsa portendebat, quales spiritali templo, id est ecclesiae, debeant adhaerere. **4.** Tales arbitros infans dominus expertus non alios habuit et adultus. Petrum solum invenio maritum per socrum, monogamum praesumo per ecclesiam, qua super illum omnem gradum ordinis sui de monogamis erat collocatura. **5.** Ceteros cum maritos non invenio, aut spadones intelligam necesse est aut continentes.
(5.) Nec enim, si penes Graecos communi vocabulo censentur mulieres et uxores pro consuetudinis facilitate — ceterum est proprium vocabulum uxorum —, ideo Paulum sic interpretabimus, quasi uxores demonstret apostolos habuisse. **6.** Si enim de matrimoniis disputasset — quod in sequentibus facit, ubi magis apostolus aliquod exemplum nominare potuisset —, recte videretur dicere: *Non enim habemus potestatem uxores*
(6.) *circumducendi sicut ceteri apostoli et Cephas?* **7.** At ubi ea subiungit, quae de victuaria exhibitione abstinentiam eius ostendunt dicentis: *Non enim habemus potestatem manducandi et bibendi?*, non uxores demonstrat ab apostolis deductas, quas et qui non habent, potestatem tamen manducandi et bibendi habent, sed simpliciter mulieres, quae illis eodem
(7.) instituto quo et dominum comitantes ministrabant. **8.** Iam vero si Christus reprobat scribas et Pharisaeos sedentes in cathedra Moysi nec facientes quae docerent, quale est, ut et

---

21 *cf.* Luc. 4, 38 25 *cf.* virg. vel. 5, 7 orat. 22, 3 31 I Cor. 9, 5; *cf.* cast. 8, 3 l. 21 34 I Cor. 9, 4 39 *cf.* Matth. 23, 23

---

17 vidue *NX* univire ω (*praef. III 9*), -a *edd.* quae et *FXR* (*praef. III 102*), et *om. N* 21 per *i.* '*propter*' *ut fug. 7, 3* 22 qua ω*R* (*praef. III 63*), quae *Gel. Pam.* super i. aedificata *Gel. Pam.* 23 collocatura *Oehler*, -us ωR^1, collaturus $R^{2.3}$, -a *Gel. Pam.* 26 facilitate *i. negligentia, Thes. 73, 81* 27 interpretabimus ω (*praef. III 11*), -bimur *R* 28 demonstret *N Gel. Pam.*, -asset *FXR* ux. dem. *N*, dem. ux. *cett.* 29 disputasset *FXR* (*praef. III 37*), -ret *N Gel. Pam.* 33 vict. exh.] *v. praef. III 85a* 34 hab. pot. *N* (ἔχομεν ἐξουσίαν), p. h. *FXR* 35 deductas ω*R* (*praef. III 98*), circumductas *Gel. Pam.* 40 cathedram *N* (*cf. praef. III 59d*)

ipse super cathedram suam collocaret, qui sanctitatem carnis praecipere magis, non etiam obire meminissent, quam illis omnibus modis insinuaret et docendam et agendam? **9.** in primis de suo exemplo, tunc de ceteris argumentis, cum puerorum dicit esse regna caelorum, cum consortes illis facit alios post nuptias pueros, cum ad simplicitatem columbae provocat, avis non tantum innocuae, verum et pudicae, quam unam unus masculus novit, cum Samaritanae maritum negat, ut adulterum ostendat numerosum maritum, **10.** cum in revelatione gloriae suae de tot sanctis et prophetis Moysen et Heliam secum mavult, alterum monogamum, alterum spadonem — non enim aliud fuit Helias quam Iohannes, qui in virtute et spiritu venit Heliae —, cum ille *vorator et potator homo*, prandiorum et cenarum cum publicanis et peccatoribus frequentator semel apud unas nuptias cenat multis utique nubentibus; totiens enim voluit celebrare eas, quotiens et esse.

9, 1. Sed hae argumentationes potius existimentur de coniecturis coactae, si non et sententiae astiterint, quas dominus emisit in repudii retractatu, quod permissum aliquando iam prohibet, inprimis quia ab initio non fuit sicut matrimonii numerus, tunc quia *quos deus coniunxit, homo non separabit*, scilicet ne contra dominum faciat. **2.** Solus enim ille separabit, qui et coniunxit; separabit non autem per duritiam repudii,

---

44—45 *cf.* Matth. 18, 3. 19, 14 45—46 *cf.* Matth. 19, 13 46 *cf.* Matth. 10, 16 48 *cf.* Ioh. 4, 16—18 50 *cf.* Matth. 17, 3 53 *cf.* Luc. 1, 17. Matth. 11, 19 55 *cf.* Ioh. 2, 2

9. 3 *cf.* Matth. 19, 8 5 Matth. 19, 6

---

43 insinuaret ω (*attractio modi; v. etiam praef. III 36*), -rat *R edd.* 44 de suo *N Gel. Pam.*, suo *F X R fort. recte, cf. praef. III 111 b* 45 regna *N* (*praef. III 25*), -um *cett.* post nuptias] *praef. III 88* 53 in veritate et virtute *N* 54 cum pecc. et publ. *N contra Matth. 11, 19* τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν

9. 4 non fuit ω *R*, haec n. f. *Gel.*, n. f. sic *C Pam. ex Vulg. Matth. 19, 8* 5 numerus *i. numerositas* tunc ω *R ut 8, 9*, tum *Gel. Pam.* deus quos *N* 6 scilicet *usque ad* ille separabit *Gel., om. cett.* 7 non autem ω *R* (*praef. III 90 b*), a. n. *Gel. Pam.*

quam exprobrat compescit, sed per debitum mortis, siquidem unus ex passeribus duobus non cadit in terram sine patris
(2.) voluntate. **3.** Igitur si *quos deus coniunxit, homo non separabit* repudio, ecquid consentaneum est, ut, quos separavit morte, homo *novo* coniungat matrimonio, proinde contra dei voluntatem iuncturus separationem atque si separasset coniunctionem? **4.** Hoc quantum ad dei voluntatem non destruendam
(3.) et initii formam restruendam. Ceterum et alia ratio conspirat, immo non alia, sed quae initii formam imposuit et voluntatem dei movit *ad* prohibitionem repudii, quoniam *qui dimiserit uxorem suam praeter ex causa adulterii, facit eam adulterari, et qui dimissam a viro duxerit, adulteratur* utique. **5.** 'Non et nubere legitime [non] potest repudiata et, si quid taliter commiserit sine matrimonii nomine, non capit elogium adul-
(4.) terii, qua adulterium in matrimonio crimen est?' Deus aliter censuit, citra quam homines, ut in totum sive per nuptias sive vulgo alterius viri admissio adulterium pronuntietur, immo ⟨. . .⟩. **6.** Ideo videamus enim, quid sit matrimonium apud deum, et ita cognoscemus, quid aeque adulterium. Matrimonium est, cum deus duos iungit in unam carnem aut iunctos

---

9 *cf.* Matth. 10, 29; cast. 1, 5 l. 28 17 Matth. 5, 32

---

8 quam NR^3, q. et FXR^1 *de asynd. v. praef. III 86a* 11 ecquid *Kr.*, et quid $\omega R^{1.2}$, aeque R^3 12 novo *Kr.*, non *codd.* 13 *de* separationem *et* coniunctionem *v. praef. III 83* separasset R^3, separationem ωR^1, separet R^2 *p. 585* 14 quantum *om. N* 15 formam] *v. ad 6, 6* conspirat *sc. nobiscum* 16 imposuit] *praef. III 93* 17 ad R^3, et ωR^1 18 praeter ω (*cf. Marc. 4, 34, 16. Löfstedt 108*), praeterquam *R* adulterari] *praef. III 11* 19 utique 'Non et . . . crimen est?' *CPam.* (*interpellationem adversarii significavi*), u. Nam et . . . cr. est $\omega RGel.$ [non] *delevi, om. Gel.* 20 taliter *N* (*non* talem), *X* (*praef. III 35. SB 83*), tale *cett.* 22 crimen est *RGel.Pam.*, criminis ω (*om.* est) *fort. recte etiam* aliter . . . citra *coniuncte dici potest, praef. III 103c* 24 immo *om.* R^3*; lacunam statuit Kr. fere sic explendam:* ⟨et ipsa admittendi eius concupiscentia.⟩ 25 ideo ωR^1, a deo R^3 *Gel. Pam.* enim *om. N* (*sed cf. praef. III 103a*) 26 ita] *praef. III 73* cognoscamus *N* quid aeque *N* (*praef. III 94a*), q. sit ae. *FXR* 27 duos iungit *N*, i. d. *cett.*

deprehendens in eadem carne coniunctione⟨m⟩ signavit; adulterium est, cum quoquo modo disiunctis duobus alia caro, immo aliena misceatur, de qua dici non possit: *Haec est caro ex carne mea et hoc os de ossibus meis.* **7.** Semel enim hoc et (5.) factum et pronuntiatum sicut ab initio ita et nunc in aliam carnem non potest convenire. Itaque sine causa dices deum vivo marito nolle repudiatam alii viri iungi, quasi mortuo velit, quando, si mortuo non tenetur, proinde nec vivo; **8.** tam in repudio matrimonium dirimente quam morte non tenebitur ei, cui, per quod tenebatur, abreptum est. Cui ergo tenebitur, nihil de eo interest, vivo an mortuo a viro nubat; neque enim illo delinquit, sed in semetipsam: **9.** *Omne delictum, quod ad-* (6.) *miserit homo, extra corpus est; qui autem adulteratur, in corpus suum delinquit.* Adulteratur autem, sicut praestruximus, qui aliam carnem sibi immiscet super illam pristinam, quam deus aut coniunxit in duos aut coniunctam deprehendit. **10.** Ideo- (7.) que abstulit repudium, quod ab initio non fuit, ut, quod ab initio fuit, muniat, duorum in unam carnem perseverantiam, ne necessitas vel occasio tertiae concarnationis irrumpat, *ei* soli causae permittens repudium, si forte praevenerit, cui praecavetur. **11.** Adeo autem repudium a primordio non fuit, (8.) ut apud Romanos post annum sexcentesimum urbis conditae

---

30 Gen. 2, 23 39 I Cor. 6, 18 41 § 6 49 *cf.* Val. Max. 2, 1, 4. Gell. 4, 3

---

28 coniunctionem R^3, -e ωR^1 30 misceatur *N*, -etur *F X R; praef. III 106* 31 et f. *N*, et *om. F X R* 33 sine causa *i. frustra ut adv. Hermog. 14, 2. Thes. III 674, 42* 34 alii *gen., praef. III 8* viri *N* (*praef. III 16*), -o *cett.* 35 in (*condicionale, praef. III 23*) ωR^1, *om.* R^3 37 per *Gel. Pam., om.* ωR abreptum (-ct- *N*) *i. ereptum, Thes. 134, 5* Cui ergo tenebitur? Nihil *C Pam., om.* ωR *Gel.* 38 de eo ωR^1, Adeo non R^3 *Gel.*, deo *C* mortuo a viro $\omega R^{1.2}$ (*praef. III 23. 111b*), mortuo viro R^3 39 illo ωR^1 (*praef. III 8;* delinquere *c. dat. Thes. 460, 10: apol. 26, 3*), in illum R^3 (*sed v. praef. III 111b*) delinquit *Gel.*, -at *cett.* 41 supra praestr. *R* qui aliam *Gel.*, quia vivam ωR 42 illam *Gel. Pam.*, vivam ωR 46 ei soli *Kr.*, et soli ωR^1, soli R^3

id genus duritiae commissum denotetur. Sed illi etiam non repudiantes adulteria commiscent; nobis, et si repudiemus, ne nubere quidem licebit.

10, 1. Video iam hinc nos apostolum provocantem. Ad cuius sensum facilius perspiciendum tanto instantius praeculcandum est mulierem magis defuncto marito teneri, quominus alium virum admittat. Recogitemus enim repudium aut discordia fieri aut discordiam facere, mortem vero ex lege, non ex hominis offensa evenire idque omnium esse debitum, etiam non maritorum. **2.** Igitur si repudiata, quae per discordiam et iram et odium et causas eorum, iniuriam vel contumeliam vel quamlibet querelam, et anima et corpore separata est, tenetur inimico, ne dicam marito, quanto magis illa, quae neque suo neque mariti vitio, sed dominicae legis eventu matrimonio non separata, sed relicta, eius erit etiam defuncti, cui etiam defuncto concordiam debet? **3.** A quo repudium non audiit, non divertit; cui repudium non scripsit, cum ipso est; quem amisisse noluit, retinet; habet secum animi licentiam, qui omnia homini, quae non habet, imaginario fructu repraesentat. **4.** Ipsam denique interrogo feminam: 'Dic mihi, soror, in pace praemisisti maritum tuum?' Quid respondebit? An in discordia? Ergo hoc magis evincta est, cum quo habet apud deum causam; non discessit, quae tenetur. Sed in pace? Ergo perseveret in ea cum illo necesse est, quem iam repudiare non poterit, nec sic quidem nuptura, si repudiare potuisset.
(4.) **5.** Enimvero et pro anima eius orat et refrigerium interim

---

10. 1 ap. provocantem *NG*, ad ap. pr. *FXR* (provocantes *R*^{2} *p. 585*), ad ap. provocari *Gel. Pam.* 2 tanto *om. N* 3 magis] *praef. III 114* 5 lege ⟨dei⟩ *Pam., sed v. praef. III 89b* 11 a matrimonio *Gel., sed cf. Löfstedt 18,* matrimonio] *praef. III 82* 12 relicta] *praef. III 94a* 18 maritum *N*, virum *FXR* 19 in *om. N* evincta ω*R*^{1} (*SB 44. praef. III 105*), ei vincta *CPam.*, ei iuncta *R*^{2} *p. 585 Gel.* quo *R*^{2} *p. 585,* qua ω*R*^{1} 20 tenetur *sc.* causa *i. lite* 21 quem] que *N* 22 nec ω*R*^{1} (*Hoppe, Beiträge 128*), ne *R*^{3} 23 et pro *R*^{3} *CPam., om. cett.* oret *et* adpostulet *et* offerat *R*^{3} *Gel.*

adpostulat ei et in prima resurrectione consortium et offert annuis diebus dormitionis eius. **6.** Nam haec nisi fecerit, ⟨quomodo potuit,⟩ vere repudiavit, quantum in ipsa est, et quidem hoc iniquius, quanto [quomodo potuit] ⟨iam aequius, si⟩ quia non potuit, et hoc indignius, quanto iam [in]dignius, si quia non meruit. **7.** Aut numquid nihil erimus post mortem (5.) secundum aliquem Epicurum et non secundum Christum? Quodsi credidimus mortuorum resurrectionem, utique tenebimur, cum quibus resurrecturi sumus rationem de alterutro reddituri. Si autem in illo aevo *neque nubent neque nubentur*, sed erunt aequales angelis, non ideo non tenebimur coniugibus defunctis, quia non erit restitutio coniugii? **8.** Atquin eo magis (6.) tenebimur, quia in meliorem statum destinamur, resurrecturi in spiritale consortium, agnituri quam nosmetipsos quam et nostros. Ceterum quomodo gratias deo in aeternum canemus, si non manebit in nobis sensus et memoria debiti huius? Substantia, non conscientia reformabimur? **9.** Ergo qui cum deo erimus, simul erimus, dum omnes apud deum unum — licet merces varia, licet multae mansiones penes patrem eundem —, uno denario eiusdem mercedis operati, id est vitae aeternae, in qua magis non separabit quos coniunxit deus, qui in ista minore vita separari vetat. **10.** Cum ita sint, quo- (7.) modo alii viro vacabit, quae suo etiam in futurum occupata est? — utrique autem sexui loquimur, etsi ad alterum sermo

---

10. 24—25 *cf.* cast. 11, 1 l. 8, coron. 3, 3 33 Matth. 22, 30 42 *cf.* Ioh. 14, 2 43 *cf.* Matth. 20, 10

---

24 ei R^3, enim ωR^1 25—28 *emend. Kr.* 28 si *haec non fecerit*, quia non potuit *facere* 29 non meruit *maritus* 30 aliquem] *Hoppe 105* 31 credidimus ωR^1 (*praef. III 40*), credimus $R^1 mg$ tenebitur $F X R^1$ 34 non ... non] *praef. III 104* 35 coniugiis *X* 36 destinemur *X* 37 quam *N* (*Hoppe 77*), tam *cett.* 39 in nobis *X R*, in nos *F* (*fort. recte, praef. III 59d*), *om. N* 40 ⟨si⟩ substantia *R* reformabimus *N* (*praef. III 51a*), -bimur *cett.* 44 magis] *praef. III 114* 45 qui ωR *Gel.*, quam *Pam.* cum haec *F X R*, haec *om. N* (*SB 43*)

est, quia una omnibus disciplina praeest; — aliud habebit in spiritu aliud et in carne? Hoc erit adulterium, unius feminae
(8.) in duos viros conscientia. **11.** Si alter a carne disiunctus est, sed in corde remanet, illic, ubi etiam congregatus sine carnis congressu et adulterium ante perficit⟨ur⟩ ex concupiscentia et matrimonium ex voluntate, usque adhuc maritus est, ipsum illud possidens, per quod et factus est, id est animum, in quo si et alius habitabit, hoc erit crimen. **12.** Ceterum non est exclusus, si a viliore commercio carnis discessit: honoratior maritus est, quanto mundior factus est.

11, 1. Ut igitur in domino nubas secundum et apostolum — si tamen vel hoc curas —, qualis es id matrimonium postulans, quod eis a quibus postulas non licet habere, ab episcopo monogamo, a presbyteris et diaconis eiusdem sacramenti, a viduis, quarum sectam in te recusasti? **2.** Et illi plane sic dabunt viros et uxores quomodo bucellas — hoc enim est apud illos: *Omni petenti te dabis* — et coniungent vos in ecclesia virgine, unius Christi unica sponsa, et orabis pro maritis tuis, novo et vetere? **3.** Elige, cui te adulteram praestes; puto, ambobus. Quodsi sapias, taceas defuncto; repudium sit illi silentium tuum, alienis iam dotalibus scriptum. Hoc modo novum promereberis maritum, si veteris obliviscaris: debes magis illi placere, propter quem deo placere non maluisti.

49 *cf.* cast. 11, 1 l. 5

11. 1 *cf.* I Cor. 7, 39 7 Luc. 6, 30

48 omnibus *N*, *om. cett.* aliud ... aliud ω *R* (*SB 83*), alium ... alium *edd.* 49 et] *praef. III 90a* 50 si] *praef. III 61* 51 etiam] *praef. III 102a* congregatus (*sc.* est, *praef. III 94b*) ω R^1, cogitatus R^3 *edd.* 52 perficitur *edd.* 56 decessit *N corr.*

11. 1 in domino *NCPam.* (ἐν κυρίῳ), in deo *XFRGel.* et *abundat, praef. III 102b*, legem et *CPam. perperam; vetus enim testamentum nihil de nubendo in Christo dicere potuit* 5—6 dabunt sic *N* 6 bucellas *NX* (*Thes. 2227, 3: Ambr. al.*), -cc- *FR* 7 dabis *FXR* (*cf. fug. 13, 1. 3*), tribue *N ex Vulg.* 10 taceas] *praef. III 80* *an* de functo? 11 dotalibus *i. matrimonio, Thes. 2056, 11. 3* 13 placere (*alt.*) *NGR*^{3}, *om. FXR*$^{1.2}$ (*Löfstedt, Krit. Bem. 101*) maluisti *i. voluisti, Thes. 203, 33*

4. Haec psychici volunt apostolum probasse aut in totum non (3.)
recogitasse, cum scriberet: *Mulier vincta est, in quantum temporis vivit vir eius; si autem mortuus fuerit, libera est: cui vult nubat, tantum in domino.* Ex hoc enim capitulo defendunt licentiam secundi matrimonii, immo et plurimi, si secundi; quod enim semel esse desiit, omni obnoxium est numero.
5. Quo autem sensu apostolus scripserit, ita relucebit, si prius (4.)
constet non hoc illum sensu scripsisse, quo psychici utuntur; constabit autem, si quis ea recordetur, quae huic capitulo diversa sunt et apud doctrinam et apud voluntatem et apud propriam ipsius Pauli disciplinam. **6.** Si enim secundas nuptias remittit, quae ab initio non fuerunt, quomodo affirmat omnia ad initium recolligi in Christo? Si vult nos iterare coniugia, quomodo semen nostrum in Isaac semel marito auctore defendit? **7.** Quomodo totum ordinem ecclesiae de monogamis disponit, si non haec disciplina praecedit in laicis, ex quibus ecclesiae ordo proficit? Quomodo in matrimonio adhuc positos a fructu matrimonii avocat dicens *in collectum* esse tempus, si per mortem matrimonio elapsos iterum in matrimonium revocat? **8.** Haec si diversa sunt ei capitulo, de (5.)
quo agitur, constabit, ut diximus, non hoc illum sensu scripsisse, quo psychici utuntur, quia facilius est, ut aliquam rationem habeat unum illud capitulum, quae cum ceteris ⟨s⟩a*pi*at, quam ut apostolus diversa inter se docuisse videatur. **9.** Eam rationem in ipsa materia poterimus recognoscere. Quae ista (6.)
materia apostolo fuit scribendi talia? Tirocinium novae et

---

15 I Cor. 7, 39 24—25 *cf.* Eph. 1, 10 27 *cf.* Rom. 9, 7. Gal. 4, 28
31 *cf.* I Cor. 7, 29

---

19 disinit *N* desiit esse *F* omni R^2 *mg* (al's omni), omne ω R^1 *Gel., om. Pam.* 22 diversa *i. contraria ut § 7. 8. 19* 25 remittit (*i. permittit, Georges*^{8} *II 5a*) *FXR*, permittit *CPam.*, admittit R^1 *mg*, *N legi non potest* 28 ordinem totum *N* 31 collectum *FVL* (*cf. 7, 4*), -u *NX*, -o *cett.* 32 in *om. N* 36 sapiat *B edd.*, habeat ω *R* 38 materia *i. causa, Thes. 463, 30. 82* quae *Gel.*, qua *cett.*

quam maxime orientis ecclesiae, quam lacte scilicet educabat, nondum solido cibo validioris doctrinae, adeo ut prae illa infantia fidei ignorarent adhuc, quid sibi agendum esset circa carnis et sexus necessitatem. **10.** Cuius etiam ipsas species ex rescriptis intelligimus: cum dicit: *De his autem quae scribitis: bonum est homini mulierem non attingere; propter fornicationes* (7.) *autem unusquisque uxorem suam habeat,* ostendit fuisse qui in matrimonio a fide deprehensi verebantur, ne non liceret illis matrimonio suo exinde uti, quia in carnem sanctam Christi credidissent. **11.** Et tamen secundum veniam concedit, *non secundum imperium,* id est indulgens, non praecipiens ita (8.) fieri. Ceterum malebat omnes id esse quod et ipse. Proinde et de repudio rescribens demonstrat quosdam de isto quoque cogitasse, vel maxime, quia et in ethnicis matrimoniis non (9.) putabant post fidem perseverandum. **12.** Quarebant et de virginibus consilium — praeceptum enim domini non erat —: bonum esse homini, si sic permaneat, utique quomodo a fide fuerit inventus: *Vinctus es* enim *uxori? ne quaesieris solutionem; solutus es ab uxore? ne quaesieris uxorem. Si autem acceperis uxorem, non deliquisti,* quia ante fidem soluto ab uxore non numerabitur post fidem secunda uxor, quae post fidem prima est. **13.** A fide enim etiam ipsa vita nostra (10.) censetur. Sed hic parcere se dicit illis; alioquin *pressuram carnis* subsecuturam prae angustiis temporum impedimenta matrimonii recusantibus; quin potius de domino sollicitudinem habendam promerendo quam de marito. Et ita

---

40 *cf.* I Cor. 3, 2 44 I Cor. 7, 1. 2 50 I Cor. 7, 6 51 *cf.* I Cor. 7, 7. I Cor. 7, 10. 11 55 *cf.* I Cor. 7, 25 56 *cf.* I Cor. 7, 26 57 I Cor. 7, 27. *cf.* cast. 4, 1 62 *cf.* I Cor. 7, 28. 29. cast. 4, 2 l. 15. 4, 3 l. 20 63 *cf.* I Cor. 7, 32—34

---

40 quam m. *N F R* (*Thes. s. v.* magis *75, 35. 47*), cum m. *X Gel. Pam.* 42 quod *F* 47 illis *N*, eis *cett.* 53 quia et] *praef. III 102 b* 54 post fidem] *praef. III 88* sibi pers. *C Pam.* 54 *sq. v. praef. III 95* 57 enim (*sc.* inquit) *ω R, om. Gel. Pam.*

revocat, quod permisit. **14.** Sic ergo in eodem ipso capitulo, quo definivit unumquemque, in qua vocatione vocabitur, in ea perseverare debere, adiciens: *Mulier vincta est, quamdiu vivit vir eius; si autem dormierit, libera est: cui volet nubat, tantum in domino*, hanc quoque eam demonstrat intelligendam, quae et ipsa sic fuerit inventa soluta a viro, quomodo et vir solutus ab uxore, per mortem utique, non per repudium facta solutione, quia repudiatis non permitteret nubere adversus pristinum praeceptum. **15.** Itaque et mulier, si nupserit, non delinquit, quia nec hic secundus maritus deputabitur, qui est a fide primus, et adeo sic est, ut propterea adiecerit: *Tantum in domino*, quia de ea agebatur, quae ethnicum habuerat et amisso eo crediderat, ne scilicet etiam post fidem ethnico se nubere posse praesumeret, licet nec hoc psychici curent. **16.** Sciamus plane non sic esse in Graeco authentico, quomodo (11. in usum exiit per duarum syllabarum aut callidam aut simplicem eversionem: *Si autem dormierit vir eius*, quasi de futuro sonet ac per hoc videatur ad eam pertinere, quae iam in fide virum amiserit. **17.** Hoc quidem si ita esset, in infinitum emissa licentia totiens virum dedisset, quotiens amissus esset, sine ullo pudore nubendi etiam ethnicos congruente[s]. Sed si ita esset quasi de futuro: 'si cuius maritus mortuus fuerit', tantundem et futurum ad eam pertineret, cuius ante fidem morietur maritus. Quavis accipe, dum cetera non evertas. **18.** Nam cum et illa sententiae ⟨prae⟩cedant: *Servus vocatus es? ne* (12.

67 *cf.* I Cor. 7, 20 68 I Cor. 7, 39 90 I Cor. 7, 21. 18

67 definivit *N*, definit *cett.* 68 perseverare *N*, permanere *cett.* 70 hanc] hinc *Urs.* eam *om. N* 74 et *N*, *om. cett.* 75 delinquit *N*, -et *cett.* 76 ideo *N* 77 quae et *N* 82 'autem *del. Pam. recte; haec enim sunt duae illae syllabae, quas usitata versio non habebat'. Kr. Pro* κοιμηθῇ *Tertullianum* κοιμᾶται *legisse putat post Rigaltium Oehler* 84 esset R^3, est *N*, est et $FXR^{1.2}$ 86 ethnicos *N* (*praef. III 79*), -is *cett.* congruente R^2, -es ωR^1 si ωR *Gel.* (*praef. III 61*), etsi *Pam.* 89 quaevis a. d. cetera *Gel., om.* ωR (quavis *Oehler*, quaevis *Gel.*, quamvis *C Pam.*) 90 praecedant *scripsi*, cedant *codd.*

curaveris; *in praeputi⟨o voc⟩atus es? ne circumcidaris*; *circumcisus vocatus es? ne adduxeris* — quibus concurrit: *Vinctus es uxori? ne quaesieris solutionem*; *solutus es ab uxore? ne quaesieris uxorem* —, satis manifestum est ad eos haec pertinere, qui in nova et recenti vocatione constituti de his consulebant, in
(13.) quibus a fide fuerant deprehensi. **19.** Haec erit interpretatio capituli istius, de hoc examinanda, an et tempori et causae et tam exemplis et argumentis praecedentibus quam et sententiis et sensibus subsequentibus et in primis an ipsius apostoli et consilio proprio congruat et instituto; nihil enim custodiendum est, quam ne diversus sibi deprehendatur.

12, 1. Audi et aliam subtilissimam e contrario argumentationem. 'Adeo', inquiunt, 'permisit apostolus iterare conubium, ut solos qui sint in clero monogamiae iugo adstrinxerit; quod enim quibusdam praescribit, id non omnibus praescribit.' **2.** Numquid ergo et quod omnibus praecipit, solis episcopis non praescribit, si, quod episcopis praescribit, non et omnibus praecipit? An ideo omnibus, quia et episcopis, et ideo episcopis, quia et omnibus? Unde enim episcopi et clerus? Nonne de omnibus? **3.** Si non omnes monogamiae tenentur, unde monogami in clerum? An ordo aliquis seorsum debebit instí-
(2.) tui monogamorum, de quo allectio fiat in clerum? **4.** Sed cum extollimur et inflamur adversus clerum, tunc unum omnes sumus, tunc omnes sacerdotes, quia *sacerdotes* nos *deo et patri* fecit; cum ad peraequationem disciplinae sacerdotalis provo-

92 I Cor. 7, 27

12. 13 *cf.* Apoc. 1, 6. 5, 10

91 in praeputio vocatus *B. Rehm, Thes. VII 1, 673, 55* (ἐν ἀκροβυστίᾳ κέκληταί τις;), inpraeputiatus *codd.*, i. vocatus *Gel. Pam.* 101 quam] *praef. III 71* quam ne *Gel. Pam.*, qua *F X R*, quia *N* deprehendatur (*sc. apostolus*) ω*R*, quis d. *Gel. Pam.*

12. 1 aliam *N*, *om. cett.* 3 sint N^2 *F X* (*cf. 7, 2* quae evacuata sint), sunt N^1 *R edd.* 10 aliquis ω*R Gel.* (*SB 6*), -i *C Pam.* 11 *ante* sed cum *plura intercidisse putat Kr.* 12 inflamur ω*R edd.*, inflammamur *C* 13 deo] *praef. III 21* 14 parequationem *N X*

camur, deponimus infulas et pares ⟨non⟩ sumus. **5.** De ecclesiasticis ordinibus agebatur, quales ordinari oporteret. Oportebat igitur omnem communis disciplinae formam sua fronte proponi, edictum quodammodo futurum universis impressioni, quo magis sciret plebs eum ordinem sibi observandum, qui faceret praepositos, et ne vel ipse honor aliquid sibi ad licentiam quasi de privilegio loci blandiatur. **6.** Prospiciebat spiritus sanctus dicturos quosdam: 'Omnia licent episcopis', sicut ille vester Utinensis nec Scantiniam timuit. Quot enim ex digamia praesident apud vos, insultantes utique apostolo, certe non erubescentes, cum haec sub illis leguntur! **7.** Age iam, qui putas acceptionem monogamiae de episcopis factam, recede ⟨et⟩ a reliquis tuis titulis disciplinae, qui cum monogamia episcopis ascribuntur: noli esse irreprehensibilis, sobrius, bene moratus, ornatus, hospitalis, docibilis, quin vero et vino deditus et [manu promptus ad caedendum et] pugnax et pecuniae amans et domum non regens nec filiorum curans disciplinam, sed nec ab extraneis famam bonam sectans. **8.** Si enim suam habent episcopi legem circa monogamiam, etiam cetera, quae monogamiae accedere oportebit, episcopis erunt scripta, laicis vero, quos monogamia non convenit, cetera quoque aliena sunt. Evasisti, psychice, si velis, vincula disciplinae totius; praescribe constanter non omnibus praecipi,

(3.) (4.)

28 *cf.* I Tim. 3, 2—4

15 pares ⟨non⟩ *Kr.*, impares *Harrisius*, partes *Gel.* 16 ordinibus *om. N et cod. Divion.* 17 formam] *ad 6, 6* 18 impressioni *Oehler*, in pressione *F X R Gel. Pam.*, in praecessione *N et cod. Divion.*, in praesessione *Rigalt.* 21 blandiatur] *Hoppe 68*, -retur *Urs.* 23 Uthinensis *F X R* 23—24 ex digamia *F X*, et ex d. *R*, ex digami *N*, et d. *Gel. Pam.* 26 acceptionem ω *R*1 (*i. episcopus futurus monogamus praesumitur; cf. Thes. I 282, 72: praemissa in syllogismo*), exceptionem *R*3 *edd.* 27 ⟨et⟩ *Pam.* 29 quin *R V L*, qui in ω 30 m. pr. ad c. et *deest in Graeco, del. Kr. ut interpretamentum sequentis membri* pugnax pugnax *R*2, pugnas *F X R*1, pugnus *N* 32 famam bonam *N* (μαρτυρίαν καλήν), b. f. *F X R edd.* 34 an etiam *N* 35 quos ω *R*1 (*praef. III 79*), quis *R*2 *p. 586, L*

quae quibusdam sint praecepta. **9.** Aut si cetera quidem communia sunt, monogamia vero solis episcopis imposita est, numquid illi soli Christiani pronuntiandi, in quos tota disciplina collata est?

13, 1. 'Sed et Timotheo scribens vult *iuvenculas nubere, filios suscipere, matres familias agere.*' Ad eas dirigit, quales supra denotat, iuvenculas viduas, quae in viduitate deprehensae et aliquamdiu assectatae, *postquam in deliciis habuerunt Christum, nubere volunt, habentes iudicium, quod primam fidem resciderunt*, illam scilicet, a qua in viduitate inventae et professae eam non perseverant. **2.** Propter quod vult eas nubere, ne primam fidem susceptae viduitatis postea rescindant, non ut totiens nubant, quotiens in viduitate temptanda, (2.) immo et in deliciis habita noluerint perseverare. **3.** Legimus et ascribentem Romanos eum: *Quae autem sub viro est mulier, viventi viro vincta est; si autem obierit, evacuata est a lege viri. Nempe ergo vivente viro adulterare putabitur, si* facta *fuerit alii viro; si vero obierit vir, liberata est a lege, quod non sit adultera, facta alii viro.* **4.** Sed et sequentia recognosce, quo sensus iste, qui tibi blanditur, evadat. *Itaque*, inquit, *fratres mei, mortificamini et vos legi per corpus Christi, ut efficiamini alteri, ei scilicet, qui a mortuis resurrexit, uti fructum feramus*

---

13. 1 I Tim. 5, 14 4 *cf.* I Tim. 5, 11. 12 11 Rom. 7, 2. 3 16 Rom. 7, 4—6

---

13. 2 dirigit *aut i. q. se convertit* (*praef. III 51a*) *aut subaudiendum* haec verba (*Thes. 1244, 10*) 4 assectatae *Harrisius, Pam.*, affectatae ω *R Gel.* 6 resciderunt *etiam N* scilicet *N*, videlicet *F X R edd.* 9 temptanda ω *R* (*praef. III 52. 111e*), temptata *Gel. edd.* 11 et ascribentem (*sic*) R. eum *N* (*praef. III 79*), eum et ad R. scribentem *cett.* autem (*i.* '*enim*', *virg. vel. 1, 3. 12, 5, Thes. 1588, 38*; *gr.* γάρ, *Vulg.* nam) *F X R*, enim *N* mulierum *F X* 12 viri lege *N contra Graecum* 13 facta *scripsi* (ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ; *cf. l. 15*), vincta *N*, iuncta *cett., edd.* 14 alii *N* (*cf. l. 15. 26. Thes. 1648, 70*), alteri *X F R edd.* quod n. s. adultera *F X R edd.* (μοιχαλίδα), quo (*fort. recte*) n. s. adulterata *N* 15 sensus R^1 *mg edd.*, -u ω R^1 16 (fr.) mei *N C Pam.* (ἀδελφοί μου), *om. F X R Gel.* 18 alteri R^2 *p. 586, edd.* (ἑτέρῳ), aliter ω R^1 (*fort. legerunt* ἑτέρως)

deo. Cum enim eramus in carne, passiones delictorum, quae per legem, efficiebantur in membris nostris ad fructum ferendum morti; nunc autem evacuati sumus a lege, mortui, in quo tenebamur, ad serviendum [*deo*] *in novitate spiritus et non in vetustate litterae.* **5.** Igitur si mortificari nos iubet legi per corpus (3.) Christi, *quod est ecclesia*, quae spiritu novitatis constat, non per litteram vetustatis, id est legis, auferens te a lege, quae ⟨non⟩ tenet uxorem marito defuncto, quominus alii viro fiat, ad contrariam te redigit condicionem, ne amisso viro nubas; **6.** quantumque non deputareris adultera, alteri viro facta post mortem mariti, si adhuc in lege agere deberes, tanto ex diversitate condicionis adulterii praeiudicat te post mortem mariti alii nubentem: quia iam mortificare legi, non potest tibi licere, cum recessisti ab ea, apud quam tibi licebat.

14, 1. Nunc ⟨si⟩ et absolute apostolus permisisset in fide amisso matrimonio nubere, proinde fecisset quemadmodum et cetera, quae adversus formam regulae suae pro condicione temporum gessit, circumcidens Timotheum propter superducticios falsos fratres et rasos quosdam inducens in templum propter observationem Iudaeorum, ille qui Galatas in lege volentes agere castigat. **2.** Sed ita res exigebant, ut omnibus omnia fieret, quo omnes lucrifaceret, parturiens illos, donec formaretur Christus in ipsis, et calefaciens tamquam nutrix parvulos fidei, docendo quaedam per veniam, *non per imperium* — aliud est enim indulgere, aliud iubere —, proinde temporalem licentiam permittens denuo nubendi propter

---

24 Col. 1, 24

14. 4 *cf.* Act. 16, 3 5 *cf.* Act. 21, 24 6 *cf.* Gal. 3, 1—5 7 *cf.* I Cor. 9, 22 9 *cf.* Gal. 4, 19 10 I Cor. 7, 6

---

22 deo *om. N cum Graeco* 23 iubet *sc. apostolus* 26 ⟨non⟩ R^3 28 alteri viro facta *N*, f. a. v. *F X R edd.* 30 pr. te *N*, te pr. *F X R edd.* 31 mortificare (*i.* -aris) *N*, -at(a)e *F X R*, -ata es *B edd.* 32 tibi *alt. om. N*

14. 1 ⟨si⟩ R^3 4 superducticios ωR (*cf. l. 20* superducitur *et Marc. 5, 3, 2* superducticios *M R*), super⟨in⟩ducticios *Gel. Pam. ex Gal. 2, 4 adv. Marc. 5, 3, 3. SB 45* 7 exigebat *C*

infirmitatem carnis quemadmodum Moyses repudiandi propter duritiam cordis. **3.** Et hic itaque reddemus supplementum
(3.) sensus istius. Si enim Christus abstulit, quod Moyses praecepit, quia ab initio non fuit sic, nec sic ideo ab alia virtute venisse reputabitur Christus, cur non et Paracletus abstulerit, quod Paulus indulsit, quia et secundum matrimonium ab initio non fuit, nec ideo suspectus habendus sit quasi spiritus alienus, tantum ut deo et Christo dignum sit, quod superducitur? **4.** Si deo et Christo dignum fuit duritiam cordis tempore expleto compescere, cur non dignius sit et deo et Christo infirmitatem carnis tempore iam collectiore discutere? Si iam iustum est matrimonium non separari, utique et non iterari honestum est. Denique apud saeculum utrumque in bona disciplina deputatur, aliud concordiae nomine, aliud pudicitiae. **5.** Regnavit duritia cordis usque ad Christum, regnaverit et infirmitas carnis usque ad Paracletum; nova lex abstulit repudium — habuit et, quod auferret — et nova prophetia secundum matrimonium, non minus repudium
(5.) prioris. **6.** Sed facilius duritia cordis Christo cessit quam infirmitas carnis; plus haec sibi Paulum defendit quam illa Moysen, si tamen defendit, cum indulgentem eum captat, praescribentem recusat, quae potiores sententias et perpetuas voluntates eius eludit, quae non sinit nos hoc apostolo praestare quod mavult. **7.** Et quousque infirmitas ista impudentissima
(6.) in expugnando meliora perseverabit? Tempus eius donec Paracletus operaretur, fuit, in quem dilata sunt a domino,

---

13 *cf.* Deut. 24, 1. Matth. 19, 8

---

14 cordis NGR^3, carnis FXR^1 16 virt. ven. *N*, ven. virt. FXR *edd.* 20 tantum *et* deo *usque ad* si *om. N* 21 si FX *Pam.*, sed *R Gel.* 23 discutere *i. tollere* (*Thes. 1374, 82*) *sc. ut causam digamiae* 24 iam *N* (*praef. III 69*), *om. cett.* 29 hab. et (*praef. III 90 a*) q. auf. et *N*, *utrumque* et *om. cett.* 33 Moysen si R^2 *p. 586, edd.*, non sensi ω R^1 (-it *N*) cum R^3 *edd.*, quam ω $R^{1.2}$ 35 eludit R^3 *edd.*, velud id ω $R^{1.2}$ 38 operaretur NR^3 *edd.*, -atur $FXR^{1.2}$ dilata R^3 *edd.*, dilatata ω $R^{1.2}$

quae tunc sustinere non poterant, quae iam nemini competit portare non posse, quia, per quem datur portare posse, non deest. **8.** Quamdiu causabimur carnem, quia dixit dominus: *Caro infirma*? Sed praemisit et: *Spiritus promptus*, ut vincat spiritus carnem, ut cedat quod infirmum est fortiori. Nam et: *Qui potest capere, capiat* inquit, id est qui non potest discedat; discessit et ille dives, qui non ceperat substantiae dividendae egenis praeceptum, et dimissus est sententiae suae a domino. **9.** Nec ideo duritia imputabitur Christo de arbitrii cuiuscumque liberi vitio: *Ecce*, inquit, *posui ante te bonum et malum*; elige quod bonum est; si non potes, quia non vis — posse enim te, si velis, ostendit, quia tuo arbitrio utrumque proposuit —, discedas oportet ab eo, cuius non facis voluntatem. (7.)

15, 1. Quae igitur hic duritia nostra, si non facientibus voluntatem dei renuntiamus? quae haeresis, si secundas nuptias ut illicitas iuxta adulterium iudicamus? Quid est enim adulterium quam matrimonium illicitum? **2.** Notat apostolus eos, qui in totum nubere prohibebant, qui et de cibis interdicebant, quos deus condidit. Nos vero non magis nuptias auferimus, si secundas recusamus, quam cibos reprobamus, si saepius ieiunamus. Aliud est auferre, aliud temperare, aliud est legem non nubendi ponere, aliud est modum nubendi statuere. **3.** Plane, qui exprobrant nobis duritiam vel haeresim in hac causa aestimant, si in tantum fovent carnis mei ⟨in⟩firmitatem, ut in nubendo frequenter sustinendam putant, cur illam in alia causa neque sustinent neque venia fovent, cum tormentis expugnata est in negationem? **4.** Utique enim (2.) (3.)

42 Matth. 26, 41 44 Matth. 19, 12 48 *cf.* Deut. 30, 15. Sirach 15, 18
15. 4 *cf.* I Tim. 4, 3

39 sustinere ω *Pam.*, -eri *R edd.* 40 quia p. q. d. p. posse *Gel., om. cett.* 41 causabimur *etiam N* 45 et] *praef. III 64. 90 a* 48 vitio *N X R*3 *edd.*, servitio *F R*1.2

15. 8 auferre *R*1 *mg edd.*, referre ω *R*1 9 est *alt. om. N* modum non n. *N* 10 vel *om. N* 11 aestimant *C, om. cett.* mei *N* (*praef. III 26*), mee *X*, mea *F, om. R edd.* infirmitatem *R* 12 ut . . . putant ω (*praef. III 62*)

illam magis excusari capit, quae in proelio cecidit quam quae in cubiculo, quae in eculeo succubuit quam quae in lectulo, quae crudelitati cessit quam quae libidini, quae gemens devicta est quam quae subans. Sed illam quidem a communicatione depellunt, quia non sustinuit in finem, hanc vero suscipiunt,
(4.) quasi et haec sustinuerit in finem. **5.** Propone, quid utraque non sustinuerit in finem, et invenies eius causam honestiorem, quae saevitiam quam quae pudicitiam sustinere non potuit. Et tamen nec cruentam defectionem infirmitas carnis excusat, nedum impudicam.

16, 1. Rideo autem, cum infirmitas carnis opponitur, quae summa fortitudo dicenda est. Iterum nubere virium res est; resurgere in opera carnis de continentiae otio substantia est laterum. Talis infirmitas et tertio et quarto et usque septimo forsitan matrimonio sufficit, ut quae totiens fortior quotiens fuerit infirmior, habitura iam non apostolum auctorem, sed Hermogenem aliquem, plures solitum mulieres ducere quam pingere. **2.** Materia enim in illo abundat, unde et animam esse praesumens multo magis spiritum a deo non habet, iam nec psychicus quia non de afflatu dei psychicus. **3.** Quid, si inopiam quis causetur, ut carnem suam aperte prostitutam profiteatur exhibitionis causa nubentem, oblitus de victu et vestitu non esse cogitandum? Habet deum etiam
(3.) corvorum educatorem, etiam florum excultorem. **4.** Quid, si solitudinem domus ostendat? Quasi una mulier frequentiam praestet homini ad fugam proximo. Habet viduam utique,

21 *cf.* Matth. 24, 13

16. 7 *cf.* adv. Hermog. 1, 2 13 *cf.* Matth. 6, 25 14 *cf.* cast. 12, 1 l. 2 sqq.

15 capit] *v. ad 2, 1* 16 lectulo *NXR*, lectui *F* 20 et *abundat praef. III 102a* fine *FXR*^{1} 21 finem ω*R*, -e *cett.*

16. 2 v. r. est *N*, est r. v. *FXR edd.* 10 q. n. de a. d. p. *Gelenius, om. cett.* 12 exhibitionis *i. victus exhibendi, Thes. 1435, 19* 14 corvorum *C Pam.*, corporum ω*R Gel.* ed. c. *N* 15 ostendat ω*R Gel.*, obtendat *C Pam.* 16 proximo *i. parato*

quam assumat licebit: non unam huius generis uxorem, sed iam plures habere concessum est. **5.** Quid, si de posteritate (4.) quis cogitet isdem animis quibus oculis uxor Loth, ut ideo quis repetat matrimonium, quia de priore liberos non habuit? Heredes scilicet Christianus quaeret, saeculi totius exheres: habet fratres, habet ecclesiam matrem. **6.** Aliud est, si et apud Christum legibus Iuliis agi credunt et existimant caelibes et orbos ex testamento dei solidum capere non posse. Nubant igitur huiusmodi in finem usque, ut in ista confusione carnis sicut Sodoma et Gomorra et diluvii dies ab illo ultimo exitu saeculi deprehendantur. **7.** Adiciant tertium dictum: (5.) *Manducemus et bibamus* et nubamus, *cras enim moriemur*, non recogitantes *vae* illud *praegnantibus et lactantibus* multo gravius et amarius eventurum in concussione totius mundi, quam evenit in vastatione unius particulae Iudae. **8.** Satis opportunos novissimis temporibus fructus iteratis matrimoniis colligant: ubera fluitantia et uteros nauseantes et infantes pipiantes; parent antichristo, in quo libidinosius saeviat; adducet illis carnifices obstetrices.

17, 1. Habebunt plane, Christo quod legent speciosum privilegium, carnis usquequaque imbecillitatem. Sed hanc iudicabunt iam non Isaac monogamus pater noster nec Iohannes aliqui Christi spado nec Iudith [nec] filia Merari nec tot alia

---

18 sqq. *cf.* cast. 12, 3 l. 16 sqq. 25 *cf.* cast. 9, 5 l. 41 sqq. 28 I Cor. 15, 32 29 *cf.* Matth. 24, 19 33 *cf.* cast. 9, 5 l. 44

17. 4 *cf.* Iudith 8, 1

---

17 huius generis *N*, g. h. *cett.* 18 iam ω *R Gel.* (*praef. III 68*), etiam *C Pam.* 22 aliud est (*om. N*) si *i. nisi vero, Thörnell I 65 sqq.* 23 existimant *NXR*, aestimant *FC* 24 capere n. p. *N*, n. p. c. *cett.* 26 Gomorra ω *R* et diluvii dies *ut contrarium iis, quae 4, 6 dicuntur, del. Kr.* 31 Iude *NX* (*sc. tribus*), Iudaeae *R edd.*, uiribus *F* 34 pipantes ω *R*, pipiantes *Gel. Pam.* (*adv. Val. 15, 4* pipiavit) in quo ω *R* (*praef. III 60 h*), in quae *Gel. Pam.* 35 obstitrices *FX*

17. 1 legent ω *R* (*praef. III 106*), allegent R^{1} *mg Gel. Pam.* 3 iam R^{3}, tam ω $R^{1.2}$ 4 spado R^{2}, spadone *cett.* [nec] *om. N*

exempla sanctorum: solent ethnici iudices destinari. **2.** Exsurget regina Carthaginis et decernet in Christianas, quae profuga et in alieno solo et tantae civitatis cum maxime formatrix, cum regis nuptias ultro optasse debuisset, ne tamen secundas eas experiretur, maluit e contrario uri quam nubere. **3.** Assidebit et illi matrona Romana, quae etsi per vim nocturnam nihilo minus alium virum experta maculam carnis suo sanguine abluit, ut monogamiam in semetipsam vindicaret. Fuerunt et quae pro viris mori mallent quam post viros nu-
(3.) bere. **4.** Idolis certe et [in] monogamia et viduitas apparent: Fortunae Muliebri coronam non imponit nisi univiris sicut Matri Matutae; pontifex maximus et flaminica semel nubunt; Cereris sacerdotes viventibus etiam viris et consentientibus
(4.) amica separatione viduantur. **5.** Sunt et quae de tota continentia iudicent nos, virgines Vestae et Iunonis Achaicae et Dianae Scythicae et Apollinis Pythii; etiam bovis illius Aegyptii antistites de continentia infirmitatem Christianorum
(5.) iudicabunt. **6.** Erubesce, caro, quae Christum induisti! Sufficiat tibi semel nubere, in quod a primordio facta es, in

---

6 sqq. cast. 13, 1 sqq. afferuntur Flaminica, virgines Vestae, Iunonis Achaicae, Apollinis Pythii, Minervae, Dianae; sacerdotes bovis Aegyptii, Cereris Africanae; Dido, Lucretia; uxor. 1, 6, 3 sq. virgines Vestae, Iunonis Achaicae, Apollinis Pythii, Cereris. 9 *cf.* I Cor. 7, 9 22 *cf.* Gal 3, 27

---

5 solent] '*non erit novum Christianos sisti pro tribunalibus ethnicorum*' *Rig.; fort. autem* solent *abundanter positum est ut Greg. Ilib. tract. 16, 20* soletis requirere, *cf. Heraeus, GGA 1915, 483;* volent *Kr.* 10 et *postpos., praef. III 90 a* (*perperam* illi et *N*) 11 al. v. exp. *N*, exp. al. v. *cett.* 12 vindicaret *i. tueretur* 13 pro *usque ad* quam *Gel., om. cett.* 13—14 nubere. Idolis certe *N X Gel. Pam.*, nuberent (*fort. recte*) idolis. Certe *F* $R^{1.2}$, nuberent idolis. His certe R^3 14 in ω $R^{1.2}$, *om.* R^3 *Gel. Pam.* monogamia . . . viduitas] *praef. III 83* apparet R^3 apparent *i. ministrant* 15 univiris *N* (*praef. III 9*), -as *F X*, -a *R* sicut nec *Gel. edd., sed v. praef. III 101* 16 semel nub. *N*, n. s. *cett.* 18 quae R^2 *edd.*, qui ω R^1 23 es et *N* 23—24 in quod e fini revocaris R^2 *p. 586* (*de* fini *Thes. 786, 81: Flor., Gell., Apul.*), in quo definire (-ri *F X*) vocaris ω R^1, in quod a fine revocaris *Gel. Pam.*

quod e fini revocaris. Redi in Adam vel priorem, si in novissimum non potes; semel gustavit ille de arbore, semel concupiit, semel pudenda protexit, semel deo erubuit, semel ruborem suum abscondit, semel de paradiso sanctitatis exulavit, semel exinde nupsit. **7.** Si in illo fuisti, habes tuam formam, si in Christum transisti, melior esse debebis. Exhibe te tertium Adam et hunc digamum et tunc poteris esse, quod inter duos non potes.

---

26 deo erubuit] *cf. virg. vel. 7, 7* 28 in] *praef. III 60 d* 29 te ω *R, om. edd.* (*utrumque dici potest: 6, 2* te filium; *adv. Marc. 4, 8, 7* timendum se; *Thes. s. v.* exhibeo *1426, 76. contra pudic. 21, 6* apostolum. *Löfstedt 50, Syntact. I*^{2} *246. Thes. 1427, 20, s. v.* mentior *780, 62: orat. 22, 9 et virg. vel. 16, 6* mentiris nuptam. *al.*) 30 duo *X, fort. recte, praef. III 10* De monogamia Tertulliani explicit *N*, Explicit liber de monogamia *F*

DE VIRGINIBVS VELANDIS

1, 1. Proprium iam negotium passus meae opinionis Latine quoque ostendam virgines nostras velari oportere, ex quo transitum aetatis suae fecerint; hoc exigere veritatem, cui nemo praescribere potest, non spatium temporum, non patrocinia personarum, non privilegium regionum; ex his enim fere consuetudo initium ab aliqua ignorantia vel simplicitate sortita in usum per successionem corroboratur et ita adversus veritatem vindicatur. **2.** Sed dominus noster Christus
(2.) veritatem se, non consuetudinem cognominavit. Si semper Christus et prior omnibus, aeque veritas sempiterna et antiqua res. Viderint ergo, quibus novum est, quod sibi vetus est. **3.** Haeresis non tam novitas quam veritas revincit. Quodcumque adversus veritatem sapit, hoc erit haeresis, etiam vetus consuetudo. Ceterum suo vitio quis quid ignorat; quod autem ignoratur, fuit tam requirendum quam recipien-
(3.) dum, quod agnoscitur. **4.** Regula quidem fidei una omnino est, sola immobilis et irreformabilis, credendi scilicet in unicum deum omnipotentem, mundi conditorem, et filium eius Iesum Christum, natum ex virgine Maria, crucifixum sub Pontio Pilato, tertia die resuscitatum a mortuis, receptum in caelis, sedentem nunc ad dexteram patris, venturum iudicare vivos et mortuos per carnis etiam resurrectionem.
(4.) **5.** Hoc lege fidei manente cetera iam disciplinae et conversationis admittunt novitatem correctionis, operante scilicet et

---

1. 10 *cf.* Ioh. 14, 6

---

1. Incipit de virginibus velandis *N*, Explicit liber Tertulliani de penitencia. Incipit liber eiusdem de virginibus velandis *F*, Q. Septimi Florentis Tertuliani incipit liber de virginibus velandis *X* 2 proprium negotium *sc. non placendi. Kellner* 13 heresis ω (*praef. III 2*), haereseis *R Gel. Pam.* 16 autem *i. enim, v. ad monog. 13, 3* 21 tertia ω *Pam.*, -o *R Gel.*

proficiente usque in finem gratia dei. **6.** Quale est enim, ut diabolo semper operante et adiciente cottidie ad iniquitatis ingenia opus dei aut cessaverit aut proficere destiterit? cum propterea paraclitum miserit dominus, ut, quoniam humana mediocritas omnia semel capere non poterat, paulatim dirigeretur et ordinaretur et ad perfectum perduceretur disciplina ab illo vicario domini, spiritu sancto. **7.** *Adhuc multa habeo* (5.) *loqui ad vos, sed nondum potestis ea baiulare; cum venerit ille spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem et superuenientia renuntiabit vobis.* Sed et supra de hoc eius opere pronuntiavit. **8.** Quae est ergo paracliti administratio nisi haec, quod disciplina dirigitur, quod scripturae revelantur, quod intellectus reformatur, quod ad meliora proficitur? Nihil sine aetate est, omnia tempus expectant; denique Ecclesiastes *Tempus*, inquit, *omni rei*. **9.** Aspice ipsam crea- (6.) turam paulatim ad fructum promoveri: granum est primo et de grano frutex oritur et de frutice arbuscula enititur, deinde rami et frondes invalescunt et totum arboris nomen expanditur, inde germinis tumor et flos de germine solvitur et de flore fructus aperitur; is quoque rudis aliquamdiu et informis paulatim aetatem suam dirigens eruditur in mansuetudinem saporis. **10.** Sic et iustitia — nam idem deus iustitiae et crea- (7.) turae — primo fuit in rudimentis, natura deum metuens, dehinc per legem et prophetas promovit in infantiam, dehinc per evangelium efferbuit in iuventutem, nunc per paracletum componitur in maturitatem. **11.** Hic erit solus a Christo magister et dicendus et verendus; non enim ab se loquitur, sed quae mandantur a Christo; hic solus antecessor, quia solus

32 Ioh. 16, 12. 13 36 *cf.* Ioh. 16, 7—11 40 Eccles. 3, 17

29 paraclitum ω *fere semper* miserit *etiam N* 32 adhuc inquit *R edd., sed v. praef. III 95* 33 ad vos *N F ut monog. 2, 2,* vobis *F X R edd. cum Vulg. ut praescr. 22, 8. SB 96* 36 paraclyti *F X* 39 denique *i. nam(que), enim, Thes. 533, 52* 50 efferuit *F X* 52 a se *N* loq̄tur *N F (praef. III 38),* -etur *X R edd.*

post Christum; hunc qui receperunt, veritatem consuetudini anteponunt; hunc qui audierunt usque non olim prophetantem, virgines contegunt.

2, 1. Sed nolo interim hunc morem veritatis deputare; consuetudo sit tantisper, ut consuetudini etiam consuetudinem opponam. Per Graeciam et quasdam barbarias eius plures ecclesiae virgines suas abscondunt; est et sub hoc caelo institutum istud alicubi, ne qui gentilitati Graecanicae aut barbaricae consuetudinem illam ascribat. **2.** Sed eas ego ecclesias proposui, quas et ipsi apostoli vel apostolici viri condiderunt et puto, ante quosdam. Habent igitur et illae eandem consuetudinis auctoritatem; tempora et antecessores (2.) opponunt magis quam posterae istae. Quid observabimus, quid eligimus? **3.** Non possumus respuere consuetudinem, quam damnare non possumus, utpote non extraneam, quia non extraneorum, cum quibus communicamus scilicet ius pacis et nomen fraternitatis. Una nobis et illis fides, unus deus, idem Christus, eadem spes, eadem lavacri sacramenta, semel dixerim, una ecclesia sumus. Ita nostrum est, quodcumque (3.) nostrorum est, ceterum dividis corpus. **4.** Tam⟨en⟩ hic, sicut in omnibus varie institutis et dubiis et incertis fieri solet, adhibenda fuit examinatio, quae magis ex duabus tam diversis consuetudinibus disciplinae dei conveniret, et utique ea deligenda, quae virginis includit, soli deo notas — quibus, praeter *quod* a deo, non ab hominibus captanda gloria est, etiam ipsum bonum suum erubescendum est: virginem magis laudando quam vituperando confundas, quia delicti durior

---

54 consuetudinem veritati *N* 55 usque non olim *i. usque nuper usque proxime* (*cf. 3, 1*) prophetantem *sc. Spiritum Montani*

2. 1 veritatis ω *R*1.2 (*praef. III 16*), -i *R*3 *edd.* 3 barbarias eius *i. Graeciae vicinas* 9 antecessores *i. doctores ut 1, 11. 3, 1* 10 magis] *praef. III 114* 11 eligimus *N* (*praef. III 112*), deligimus *F* (di-), *X R*1.2, deligemus *R*3 *edd.* 13 comm. sc. *N*, sc. comm. *cett.* 17 ceterum *i. alioquin ut 5, 4. Hoppe 109 suppl. Urs.* 21 deligenda *R edd.*, diligenda ω virginis *N* (*praef. III 2*), -es *cett.* 22 praeter quod *R*3 *edd.*, praeterea ω *R*1.2

frons est, ab ipso et in ipso delicto impudentiam docta —; nam illam consuetudinem, quae virgines negat, dum ostendit, nemo probasset nisi aliqui talis quales virgines ipsae. **5.** Tales (4.) enim oculi volent virginem visam, quales habet virgo, quae videri volet; invicem se eadem oculorum genera desiderant; eiusdem libidinis est videri et videre. Tam sancti viri est subfundi, si virginem viderit, quam sanctae virginis, si a viro visa sit.

3, 1. Sed nec inter consuetudines dispicere voluerunt illi sanctissimi antecessores. Tamen tolerabilius apud nos ad usque proxime utrique consuetudini communicabatur; arbitrio commissa res erat, ut quaeque voluisset, aut tegi aut prostitui, sicut et nubere, quod et ipsum neque cogitur neque prohibetur. **2.** Contenta erat veritas pacisci cum consuetudine, ut tacite sub consuetudinis nomine frueretur se vel ex parte. Sed quoniam coeperat agnitio proficere, ut per licentiam utri- (2.) usque moris indicium melioris partis emergeret, statim ille adversarius bonorum multoque institutorum opus suum fecit. **3.** Ambiunt virgines hominum adversus virgines dei, nuda plane fronte temerarie ⟨in⟩ audaciam excitatae, et virgines videntur, quae aliquid a viris petere possunt, nedum tale factum, ut scilicet aemulae earum, tanto magis liberae quanto Christi solius ancillae, dedantur illis! **4.** 'Scandalizamur', (3.) inquiunt, 'quia aliter aliae incedunt', et malunt scandalizari quam provocari. Scandalum, nisi fallor, non bonae rei, sed malae exemplum est, aedificans ad delictum; bonae res neminem scandalizant nisi malam mentem. **5.** Si bonum est modestia, verecundia, fastidium gloriae, soli deo captans placere, agnoscant malum suum, quae de tali bono scandalizantur.

---

27 aliquae *R* talis *N F*, -es *X R edd.* 28 volent *F X R edd.* (*praef. III 41*), -unt *N* 29 eadem R^3 *edd.*, eiusdem ω $R^{1.2}$

3. 4 commissa *N*, permissa *F X R edd.* 5 nec cog. *N* 6 pacisci R^2 *p. 505*, pa(u)cis si ω R^1 9 iudicium *Kr.* 10 multo *sc. magis, Hoppe, Beitr. 47 sq.* 12 temerarię *N*, -e *cett.*, -am ⟨in⟩ *Oehler* audaciā ω *R* 13 ⟨sibi⟩ vid. *Kr.* aliquid] *non est virginis quicquam a viro petere* 14 factum] *praef. III 52* 17 provocari *sc. ad virtutem. Oehler*

(4.) Quid enim? si *in*continentes dicant se a continentibus scandalizari, et continentia revocanda est? et ne multin*u*bi scandalizentur, monogamia recusanda est? **6.** Cur non magis hae qu[a]erantur scandalo sibi esse petulantiam, impudentiam ostentaticiae virginitatis? Propter huiusmodi igitur capita nundinaticia trahantur virgines sanctae in ecclesiam, erubescentes, quod cognoscantur in medio, paventes, quod detegantur accersitae quasi ad stuprum? Non minus enim et hoc pati nolunt. **7.** Omnis publicatio virginis bonae stupri passio est. Et tamen vim carnis pati minus est, quia de officio
(5.) naturae venit; sed cum spiritus ipse violatur in virgine sublato velamine, didicit amittere, quod tuebatur. **8.** O sacrilegae manus, quae dicatum deo habitum detrahere potuerunt! Quid peius aliquis persecutor fecisset, si hoc a virgine electum agnovisset? Denudasti puellam a capite et nota iam sibi virgo non est, alia est facta. **9.** Exsurge igitur, veritas, exsurge et quasi de patientia erumpe! Nullam volo consuetudinem defendas; nam iam et illa consuetudine, sub qua te fruebaris, expugnatur. Te esse demonstra, quae virgines tegis, ipsa scripturas tuas interpretare, quas consuetudo non novit; si enim nosset, numquam esset.

4, 1. Quatenus autem et de scripturis adversus veritatem argumentari consuetudo est, statim opponitur nobis nullam mentionem virginum ab apostolo factam, ubi de velamine praefinit, sed tantum mulieres nominatas, cum, si voluisset

---

4. 3 sqq. *cf.* orat. 21. 22 4 *cf.* I Cor. 11, 5 sqq.

---

22 incontinentes *scripsi*, et (*corruptum ex* in) continentes ω, et ⟨in⟩cont. *R* 23 et *prius N, om. cett.* multinubi *Rig.*, multi nobis ω*R* 25 *corr. Kellner* impudentiam *om. N* (*praef. III 86 a. SB 23*) 26 huiusmodi *N*, eiusmodi *cett.* 35 peius *NGR*3, prius *FXR*1.2 36 agnovisset *N* (*i. cognovisset, cf.* 6, 2 agnosco *i. novi; Thes. 1358, 21. 1359, 1; SB 52*), cognovisset *cett.* nota i. s. v. *N*, tota i. v. s. *cett.* 37 exsurge *alt. om. R* 39 consuetudine *del. Rig.*, -o *R*2 *p. 505* fruebaris] *3, 2* 40 expugnatur] expungitur *Pam. ex cod. Vat.* tegis *N*, -it *cett.* ipsas *N* **4.** 1 adversus] ad *N*

et virgines tegi, de virginibus quoque cum mulieribus nominatis pronuntiasset, 'quomodo illic', inquit, 'ubi de nuptiis tractat, quid observandum sit etiam de virginibus declarat'; itaque non contineri eas lege velandi capitis ut non nominatas in hac lege, immo ex hoc ve⟨tari ve⟩lari, qua non iubentur, quae nec nominantur. **2.** Sed et nos eandem argumentationem retorquemus. Qui enim sciebat in alias utriusque generis facere mentionem — virginis dico et mulieris, id est non virginis — ex causa distinctionis, in his, in quibus non nominat virginem, non faciens distinctionem ostendit condicionis communionem. **3.** Ceterum potuit hic quoque constituere differentiam inter virginem et mulierem, sicut alibi dicit: *Divisa est mulier et virgo.* Igitur quas non divisit tacendo, in altera *u*niit. Nec tamen quia illic divisa est et mulier et virgo, hic quoque patrocinabitur illa divisio, ut quidam volunt. **4.** Quanta enim alibi dicta non valent, ubi dicta scilicet non sunt! nisi si eadem sit causa quae alibi, ut sufficiat semel dictum. Illa autem causa virginis et mulieris longe divisa est ab hac specie. *Divisa est*, inquit, *mulier et virgo.* Quare? (3.) quoniam *innupta*, id est virgo, *cogitat ea, quae sunt domini, ut sit sancta et corpore et spiritu, nupta autem*, id est non virgo, *cogitat quomodo placeat viro.* **5.** Haec erit interpretatio divisionis illius, nullum habens locum in isto capitulo, in quo neque de nuptiis neque de animo et cogitatu muliebri et virginis pronuntiatum, sed de capite velando. Cuius nullam volens esse disceptationem spiritus sanctus uno nomine mulieris etiam virginem intelligi voluit, quam proprie non nominando

17 I Cor. 7, 33 24 I Cor. 7, 34

5 nominatim *Iun.* 9 vetari velari *Kr.* (*cf. orat. 22, 4* velari vetatur), ⟨non⟩ velari *Pam.*, ⟨re⟩velari *Urs.* qua *F X R edd.* (*praef. III 63*), quia *N* 10 et *om. N, sed cf. praef. III 103a* 11 in aliis *N* R^3, in alias *F X* $R^{1.2}$ (*cf. praef. III 59d*), alias *Vatic.* 18 uniit *Thörnell I 18*, ī iit ω $R^{1.2}$, (inaltera)vit R^3 *edd.* 25 et *prius om. N contra Graecum* 26 pl. v. *F X R edd.* (ἀρέσῃ τῷ ἀνδρί), v. pl. *N* 28 muliebri *N X R* (*praef. III 111e*), mulieri *F*, -is *Vatic. edd.* 31 proprie *i. suo vocabulo. Oehler*

a muliere non separavit et non separando coniunxit ei, a qua
(4.) non separavit. **6.** Novum est nunc ergo principali vocabulo uti et cetera nihilominus in eo vocabulo intelligi, ubi nulla est necessitas singillatim distinguendae universitatis? Naturaliter compendium sermonis et gratum et necessarium est, quoniam sermo laciniosus et onerosus et vanus est. Sic et generalibus vocabulis contenti sumus comprehendentibus in se specialium intellectum. **7.** Ergo iam de vocabulo ipso. Naturale vocabulum est femina, naturalis vocabuli generale mulier, generalis etiam speciale virgo vel nupta vel vidua vel quot etiam aetatis
(5.) nomina accedunt. Subiectum est igitur generali speciale, quia generale prius est, ut sub*cess*ivum antecessivo et portionale universali: in ipso intelligitur, cui subicitur, et in ipso significatur, quia in ipso continetur. **8.** Sic nec manus nec pes nec ullum membrorum desiderat nominari corpore nominato; et si mundum dixeris, illic erit et caelum et quae in eo, sol et luna et sidera et astra, et terra et freta et omnis census elementorum. Omnia dixeris, cum id dixeris, quod ex omnibus constat. Sic et mulierem nominando quicquid est mulieris nominavit.

5, 1. Sed quoniam ita mulieris nomen usurpant, ut non putent competere illud nisi ei soli, quae virum passa sit, probari a nobis oportet proprietatem eius vocabuli ad sexum ipsum, non ad gradum sexus pertinere, quo communiter etiam virgines censeantur. **2.** Cum hoc genus secundi hominis a deo factum est in adiutorium hominis, femina illa statim mulier cognominata est, adhuc felix, adhuc digna paradiso, adhuc virgo: *Vocabitur*, inquit, *mulier*. Habes itaque nomen, non dico iam virgini commune, sed proprium, quod a principio

5. 6 *cf.* Gen. 2, 18 8 Gen. 2, 23

41 etiam *i. autem, praef. III 65 b* 42 est igitur *N*, i. e. *F X R edd.* 43 ut *Urs.*, et ω *R edd.* subcessivum *Urs.*, subiectivum ω *R edd.* 49 dixeris *pro* dices, *praef. III 43*

5. 7 cogn. est *N*, est c. *F X R edd.* 9 a *etiam N*

virgo sortita est. **3.** Sed ingeniose quidam de futuro volunt (2.)
dictum *vocabitur mulier*, quasi quae hoc futura esset, cum virginitatem resignasset, quoniam et adicit: *Propterea relinquet homo patrem et matrem et conglutinabitur mulieri suae et erunt duo in carne una.* Ostendant igitur primo, uti s⟨c⟩it subtilitas ista, si de futuro mulier cognominata est, quod interea vocabulum acceperit; non potest enim sine vocabulo praesentis qualitatis suae fuisse. **4.** Ceterum quale est, ut, quae in futurum vocaretur nomine designato, in praesenti nihil cognominaretur! Omnibus animalibus Adam nomina imposuit et nemini ex futura condicione, sed ex praesenti institutione, cui conditio quaecumque serviret, hoc appellata, quod ex primordio voluit. **5.** Quid ergo tunc vocabatur? Atquin quotienscumque in scriptura nominatur, mulier appellatur, antequam nupta, et numquam virgo, cum virgo; hoc nomen tum unum illi fuit, et quando nihil prophetico modo dictum est. **6.** Nam cum scriptura refert fuisse nudos duos, Adam et mulierem eius, nec hoc de futuro sapit, quasi mulierem dixerit eius in praesagio uxoris, sed quoniam et innupta illius mulier ut de substantia eius: *Hoc*, inquit, *os ex ossibus meis et caro ex carne mea vocabitur mulier.* **7.** Hinc (3.)
ergo tacita conscientia naturae ipsa divinitas animae in usum sermonis eduxit nescientibus hominibus — sicut et alia multa, quae ex scriptura fieri et dici solere alibi poterimus ostendere —, uti mulieres nostras dicamus uxores, quamquam et improprie quaedam loquamur; nam et Graeci, qui magis vocabulo mulieris in uxore utuntur, alia habent propria vocabula uxoris; sed malo hunc usum ad scripturae testi-

12 Gen. 2, 24 19 *cf.* Isid. orig. 12, 1, 1 26 *cf.* Gen. 2, 25
28 Gen. 2, 23 34 *cf.* monog. 8, 5 orat. 22, 3

12 adicit ω, adiecit *R edd.* 14 carne una *N cum Graeco et Vulg.*, u. c. *F X R edd.* uti scit *Kr.*, ubi sit ω *R edd.* subtilitas] *praef. III 83* 17 ceterum] *v. ad 2, 3* 19 et] *praef. III 64* 20 conditio *N* (*i. creata animantia, SB 64*), condicio *F X R edd.* 21 ex *N* (*Thes. 1091, 10*), a *F X R edd.* 26 duos *om. N* 28 et] *praef. III 102b* innupta *sc.* erat, *praef. III 94b* 31 eduxit] *praef. III 51b* 34 loquamur *etiam N*

monium deputare. **8.** Ubi enim duo in unam carnem efficiuntur per matrimonii nexum, 'caro ex carne et os ex ossibus' vocatur secundum originem mulier eius, ex cuius substantia incipit censeri facta uxor. Ita mulier non natura nomen est uxoris, sed uxor condicione nomen est mulieris. Denique mulier et non uxor dici potest, non mulier autem uxor dici non
(4.) potest, quia nec esse. **9.** Constituto igitur nomine novae feminae, quod est mulier, et explicito quod prius fuit, id est nomine assignato, convertit iam ad propheticam rationem, uti diceret: *Propter hanc relinquet homo patrem et matrem.* Adeo separatum est nomen a prophetia quantum et ab ipsa persona, ut non utique de ipsa Eva dixerit, sed in illas feminas futuras, quas in matrice generis feminini nominarit. **10.** Alioquin non Adam relicturus erat patrem et matrem, quos non habebat, propter Evam; ergo non ad Evam pertinet, quia nec ad Adam, quod prophetice dictum est; de maritorum enim condicione praedictum, qui ob mulierem parentes suos erant relicturi, quod in Evam cadere non potuit, quia nec in Adam. **11.** Si ita res est, apparet non propter futurum mulie-
(5.) rem cognominatam, ad quam futurum non pertinebat. Eo accedit, quod ipse rationem eius nominis edidit; cum enim dixisset: *Vocabitur mulier: Quoniam ex viro suo sumpta est* et ipso adhuc virgine. Sed dicemus et de viri nomine suo loco. **12.** Nemo itaque nomen ad prophetiam interpretetur, quod ex alia significatione deductum est, praesertim cum appareat, ubi de futuro nomen acceperit, illic scilicet, ubi Eva cognominatur, personali iam vocabulo, quia naturale praecesserat. Si enim Eva *mater viventium* est, ecce ex futuro cognominatur, ecce uxor et non virgo praenuntiatur. Hoc erit vocabulum

55 Gen. 2, 24 58 Gen. 2, 23 64 LXX Gen. 3, 20

41 denique *i. q. quare* 46 hoc *Pam.* (τούτου) 47 adeo ... quantum] *praef. III 100* prophetica quam *F* 53 praedictum est *F X, sed v. praef. III 94a* 58 mulier, ⟨addidit⟩ *Urs., sed v. praef. III 95* 64 viventium] iuētū *F*

nupturae; ex nupta enim mater. **13.** Ita hic quoque ostenditur non de futuro mulierem tunc nominatam, quae postmodum acceptura erat futurae condicionis suae nomen. Responsum satis est ad hanc partem.

6, 1. Videamus nunc, si et apostolus formam vocabuli istius secundum Genesim observat, sexui deputans illuc, sic mulierem vocans virginem Mariam quemadmodum et Genesis Evam. Scribens enim ad Galatas: *Misit*, inquit, *deus filium suum factum ex muliere*, quam utique virginem constat fuisse, licet Hebion resistat. **2.** Agnosco et angelum Gabrielem ad virginem missum; sed cum benedicit illam, inter mulieres, non inter virgines deputat: *Benedicta tu inter mulieres*. Sciebat et angelus mulierem etiam virginem dici. **3.** Sed et ad haec duo (2.) ingeniose quidam respondisse sibi visus est, quoniam quidem desponsata est Maria, idcirco et ab angelo et ab apostolo mulierem pronuntiatam; 'desponsata enim quodammodo nupta'. Tamen inter quodammodo et verum satis interest, dumtaxat hoc in loco; nam alibi ita sane habendum est. **4.** Nunc vero non quasi iam nuptam mulierem Mariam pronuntiaverunt, sed quasi nihilominus feminam, etiamsi non sponsam, quasi hoc a primordio dictam; illud enim praeiudicet necesse est, a quo forma descendit. **5.** Ceterum quod pertineat ad hoc (3.) capitulum, si hic desponsatae adaequatur, ut ideo mulier dicta sit Maria, non qua femina, sed qua maritata, iam ergo Christus non ex virgine natus est, quia ex desponsata, quae virgo esse desierit hoc nomine; quod si ex virgine natus est, licet ex desponsata, tamen integra, agnosce mulierem etiam virginem, etiam integram dici. **6.** Hic certe nihil prophetice dictum videri potest, ut futuram mulierem, id est nuptam, apostolus nominarit dicendo *factum ex muliere*; non enim poterat posteri-

---

6. 4 Gal. 4, 4 8 Luc. 1, 28 26 Gal. 4, 4

---

6. 2 observat ω *R*1.2 (*Hoppe 72*), -et *R*3 *edd.* illuc ω *R*1.2 (*praef. III 8*), illud *R*3 *edd.* 6 agnosco] *v. ad 3, 8* et] *praef. III 90a* 9 et *om. N* 11 *sq. v. praef. III 100* 20 qua (*prius*) *R*2.3, que ω *R*1

orem mulierem nominare, de qua Christus nasci non habebat, id est virum passam, sed illam, quae erat praesens, quae erat virgo et mulier vocabatur.

7, 1. Post vocabuli huius proprietatem secundum primordii formam virginis et ita universo mulierum generi defensam (7.) convertamus ad ipsas iam rationes recensendas, per quas apostolus docet velari feminam oportere, an eadem etiam virginibus competa⟨n⟩t, ut ex hoc quoque vocabuli communio inter virgines et non virgines constet, dum eaedem velaminis causae in utraque parte deprehenduntur. **2.** Si *caput mulieris vir* est, utique et virginis, de qua fit mulier illa quae nupsit, nisi si virgo tertium genus est monstruosum aliquod sui capitis. *Si mulieri turpe est radi sive tonderi*, utique et virgini. Proinde viderit saeculum, aemulum dei, si ita virgini caesum capillum decori mentitur, quemadmodum et puero (2.) permissum. Ergo cui aeque non convenit radi sive tonderi, aeque convenit operiri. **3.** Si *gloria viri est mulier*, quanto magis virgo, quae et sibi gloria est; si *mulier ex viro* et propter virum, costa illa Adae virgo primum fuit; si *mulier potestatem habere super caput* debet, vel eo iustius virgo, ad quam pertinet, quod in causa est. **4.** Si enim *propter angelos*, scilicet quos legimus a deo et caelo excidisse ob concupiscentiam feminarum, quis praesumere potest quales angelos maculata iam corpora et humanae libidinis reliquias desiderasse, ut non

---

7. 7 I Cor. 11, 3 10 I Cor. 11, 6 14 I Cor. 11, 7 15 I Cor. 11, 8 16 I Cor. 11, 10 18 I Cor. 11, 10 19 *cf.* Gen. 6, 1. 2

---

28 illam *N R2 p. 505*, illa *cett.*

7. 1 post ω *R*, per *Lat.* (*initium novi capitis huc retraxi*) 2 virginis *F X R1.2* (*praef. III 16. 111 d*), -i *R3 edd.*, -em *N* 3 convertamus *F X Pam.* (*Thes. 853, 35*), -amur *N R edd.* 4 eadem (*neutr.*) ω *R1* (*plur. pertinet ad* rationes; *praef. III 81, SB 83*), eaedem *R2.3* 5 competat ω *R1*, -ant *R2.3* vocabuli communio *R3 edd.*, v.o c.is ω *R1.2* 8 fit] fuit *N* 9 aliquod *F X*, aliqd' *N* 12 metitur *Lat.* quemadmodum *sc. putat* 13 promissum *Lat.* 15 et quae et *N* s. gl. *N*, gl. s. *cett.* 18 propter angelos] *praef. III 97* 20 quales ω *R1 edd.* (*praef. III 30*), tales *R2 p. 506*

ad virgines potius exarserint, quarum flos etiam humanam libidinem excusat? **5.** Nam et scriptura sic suggerit: *Et factum est*, inquit, *cum coepissent homines plures fieri super terram, et filiae natae sunt eis; conspicati autem filii dei filias hominum, quod pulchrae essent, acceperunt sibi uxoris ex omnibus quas elegerunt.* Hic enim nomen mulierum Graecum uxoris sapit, (3.) quia de nuptiis mentio est. **6.** Cum ergo filias hominum dicit, manifeste virgines portendit, quae adhuc apud parentes deputarentur — nam nuptae maritorum nuncupantur —, cum potuerit dixisse uxores hominum; aeque non adulteros nominans angelos, sed maritos, dum innuptas sumunt filias hominum, quas natas supra dixit, sic quoque virgines significavit, supra natas, at hic angelis nuptas. Aliud eas nescio quam natas et dehinc nuptas. **7.** Debet ergo adumbrari facies tam periculosa, quae usque ad caelum scandala iaculata est, ut cum deo assistens, cui rea est angelorum exterminatorum, ceteris quoque angelis erubescat et malam illam aliquando libertatem capitis sui comprimat, iam nec hominum oculis offerendam. **8.** Sed etsi contaminatas iam feminas angeli illi (4.) appetissent, tanto magis propter angelos virgines velari debuissent, quanto magis propter virgines angeli deliquisse potuissent. **9.** Si autem et naturae praeiudicium adicit apostolus, quod honor sit mulieris redundantia capillorum, quia coma pro operimento est, utique hoc maxime virgini insigne est, quarum et ornatus ipse proprie sic est, ut concumulata in verticem ipsam capitis arcem ambitu crinium contegat.

8, 1. Horum certe omnium contraria efficiunt, ne vir

23 Gen. 6, 1. 2 28 *cf.* I Cor. 11, 15. Isid. orig. 19, 23, 8 45 *cf.* I Cor. 11, 15

8. 1 *cf.* I Cor. 11, 4. 7

27 uxoris ω R^1 (*praef. III 2*), -es $R^{2.3}$ 33 significavit ω $R^{1.2}$, -ans R^3 *edd.* 37 cum ω *R* (*praef. III 56*), coram *Rig.* 38 angelis erubescat] *v. Thes. s. v.* erubesco *822, 18* 40 si *om. N* 45 virgini . . . quarum] *praef. III 81* 46 concumulata (*sc. coma*) *F X R edd.*, cumulatā *N*

caput velet, scilicet quia non sit naturaliter consecutus ambitionem capillorum, quia radi sive tonderi non sit turpe illi, quia non propter illum angeli exorbitarint, quia *gloria et imago dei* sit, quia caput eius Christus. **2.** Itaque cum de viro et muliere apostolus tractet, cur illam oporteat velari, illum vero non, apparet, cur et virginis silentium fecerit, eadem ratione scilicet virginem in mulierem intelligendam sinens, qua et puerum ut in viro deputandum non nominavit, totum ordinem utriusque sexus propriis vocabulis complexus, mulie-
(2.) ris et viri. **3.** Sic etiam Adam, adhuc integer, vir in Genesi est cognominatus: *Vocabitur*, inquit, *mulier, quia ex viro suo sumpta est.* Sic vir Adam ante nuptiarum congressum, quemadmodum et Eva mulier. **4.** De utraque parte satis ad universam speciem cuiusque sexus apostolus pronuntiavit et breviter et plene tam instructa definitione: *Omnis*, inquit, *mulier.* Quid est omnis, nisi omnis generis, omnis ordinis, omnis condicionis, omnis dignitatis, omnis aetatis? siquidem omne totum est et integrum et nulla sui parte defectum.
(3.) Pars autem mulieris et virgo est. **5.** Aeque et de viro non velando *omnis* inquit. Ecce duo diversa nomina, vir et mulier, omnis uterque; duae leges obnoxiae invicem, hinc velandi, inde nudandi. **6.** Igitur si eo, quod dictum sit *omnis vir*, commune est nomen viri etiam nondum viri, masculi investis, commune autem cum sit nomen secundum naturam, communis est et lex non velandi eius, qui inter viros virgo est, secundum disciplinam, cur non praeiudicatum sit proinde et mulierem virginem omnem muliere nominata contineri consortio nominis, ut contineatur et communione legis? **7.** Si virgo mulier non est, nec vir investis est; si non operitur virgo, quia mulier non sit, operiatur investis, quia vir non sit; eius-

5 *cf.* I Cor. 11, 7. 3 12 Gen. 2, 23 16 I Cor. 11, 5 21 I Cor. 11, 4

8. 7 virgini *N* (*cf. praef. III 21*) 8 mulierem ω R^1 (*praef. III 59 d*), -e $R^{2.3}$ *edd.* 10 utrius+ *N* 12 ex *N* (ἐκ; *cf. 5, 11*), de *F X R edd. cum Vulg.* 16 tam] *praef. III 72* 26 est *om. N*

dem virginitatis aequa sit venia; sicut virgines non coguntur velari, ita pueri non iubeantur revelari. Cur ex parte definitio- (4.)
nem apostoli agnoscimus absolutam circa omnem virum nec
35 detractamus, quare non et puerum nominavit, ex parte autem praevaricamur, aeque absoluta ea circa omnem mulierem? **8.** *Si quis*, inquit, *contentiosus est, nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesia dei*: ostendit contentionem aliquam de ista specie fuisse, ad quam extinguendam toto compendio
40 usus est, neque virginem nominans, ut ostenderet dubitandum de velanda non esse, et omnem nominans mulierem, cum nominasset virginem. Sic et ipsi Corinthii intellexerunt; hodie denique virgines suas Corinthii velant: quid docuerint apostoli, qui didicerunt approbant.

9, 1. Videamus nunc, an, sicut naturae et causae argumenta virgini quoque competere monstravimus, ita etiam disciplinae ecclesiasticae praescripta de muliere in virginem spectent. **2.** Non permittitur mulieri in ecclesia loqui, sed nec
5 docere nec tinguere nec offerre nec ullius virilis muneris, nedum sacerdotalis officii sortem sibi vindicarent. Quaeramus, an aliquid horum virgini liceat. **3.** Si virgini ⟨non⟩ licet, sed in omnibus eadem condicione subicitur et necessitas humilitatis cum muliere censetur, unde illi unum hoc licebit, quod omni
10 feminae non licet? Quid praerogativae meretur adversus condicionem suam? **4.** Si qua virgo est et carnem suam sanctificare proposuit, idcirco velaminis venia fit illi, ut in ecclesiam notabilis et insignis introeat, ut honorem sanctitatis in libertate

---

37 I Cor. 11, 16

9. 4 *cf.* I Cor. 14, 34 5 *cf.* I Tim. 2, 12

---

35 detractamus (*i. obicimus*) ω *R edd.*, retractamus R^1 *mg* nominavit *N* (*Hoppe 72*), -arit *F X R edd.* 39 toto] *praef. III 119* 41 cum ⟨in ea⟩ nominasset ⟨et⟩ *Kr., aliter Thörnell II 51. 98* 44 quid dixerunt approbantes *N*

9. 4 spectent ω *Pam.*, -ant *R edd.* 5 nedum R^2 *p. 506*, ne(c) duo (*N*)*F X* R^1 vindicarent ω $R^{1.2}$ (*praef. III 81*), -are R^3 *edd.* 7 ⟨non⟩ R^3 V^2 8 eadem condicione] *praef. III 22* 9 cum] *praef. III 56*

capitis ostendat? Potuit dignius honorari aliqua praerogativa
(2.) virilis aut gradus aut officii. **5.** Plane scio alicubi virginem in viduatu ab annis nondum viginti collocatam. Cui si quid refrigerii debuerat episcopus, aliter utique salvo respectu disciplinae praestare potuisset, ne tale nunc miraculum, ne dixerim monstrum, in ecclesia denotaretur, virgo vidua, hoc quidem portentuosior, quod nec qua vidua caput texit, utrumque se negans, et virginem, quae vidua deputetur, et viduam, quae
(3.) virgo dicatur. **6.** Sed ea auctoritate illic sedet intecta qua et virgo; ad quam sedem praeter annos sexaginta non tantum univirae, id est nuptae, aliquando eliguntur, sed et matres et quidem educatrices filiorum, scilicet ut experimentis omnium affectuum structae et facile norint ceteras et consilio et solacio iuvare et ut nihilominus ea decucurrerint, per quae femina probari potest. Adeo nihil virgini ad honorem de loco permissum est, **10, 1.** sic nec de aliquibus insignibus.

Ceterum satis inhumanum, si feminae quidem per omnia viris subditae honorigeram notam virginitatis suae praeferant, qua suspiciantur et circumspiciantur et magnificentur a fratribus, viri autem tot virgines, tot spadones voluntarii caeco bono suo incedant, nihil gestantes, quod et ipsos faceret illustres. **2.** Debebunt etiam et ipsi aliqua sibi insignia defendere, aut pennas Garamantum aut stropulos barbarorum aut

---

23—27 *cf.* I Tim. 5, 9. 10

---

16 viduatu (in viduam *N*) *i. munere viduarum ab ecclesia commisso; cf. Wetzer-Welte, Kirchenlexikon*^{2} *XII 1724. Kr.* ab] *praef. III 53* quid *etiam N* 20 nec] *praef. III 75* qua] quasi *N corr.* 22 intecta *NGR*^{3} *edd.*, contecta *FXR*^{1}, cum tecta intecta *Kr.* et] *praef. III 102a* 24 *sq. tales viduae, quae non tantum univirae, sed etiam matres sint* 24—25 equidem *FX* 26 structae] *praef. III 106* 27 decurrerint *N* (*Tert. ubique alias reduplicatam formam habet*)

10. 1 sic] *praef. III 74* 2 si *R*, *om.* ω 3 viri *F fort. recte, praef. III 16*, vire *X* 7 etiam et] *praef. III 103b* 8 stropulos (*i. taeniolas*, στρόφους) *Salmas.*, scrobulos *NR*$^{1.2}$, ferobulos *FX*, crobylos *Pam.*, strobulos (*i. nuces pineas*) *R*^{3} *Gel.*

cicadas Atheniensium aut cirros Germanorum aut stigmata Britonum; aut ex diverso fiat: capite velati in ecclesia lateant. **3.** Certi sumus spiritum sanctum magis masculis tale aliquid subscribere potuisse, si feminis subscripsisset, cum praeter sexus auctoritatem etiam ipsius continentiae nomine masculos potius honorari oportuisset, quorum quanto sexus avidior et (3.) calidior in feminas, tanto continentia maioris ardoris laboratior ideoque dignior omni ostentatione, si ostentatio virginitatis est dignitas. **4.** Non enim et continentia virginitati antistat sive viduorum sive qui ex consensu contumeliam communem iam recusaverunt? Nam virginitas gratia constat, at continentia vero virtute; non concupiscendi, cui concupiscendo inoleveris, (4.) grande certamen est; cuius autem concupiscendi ignoraveris fructum, facile non concupisces, adversarium non habens, concupiscentiam fructus. **5.** Quomodo ergo non magis viris aliquid tale deus in honorem subscripsisset vel quia familiariori scilicet imagini suae vel quia plus laboranti? Si autem nihil masculo, multo magis feminae.

11, 1. Sed quod supra intermisimus ex parte subsecutae disputationis, ne cohaerentiam eius dispergeremus, nunc responso expungemus. Ubi enim gradum fiximus de apostoli absoluta definitione, omnem mulierem etiam omnis aetatis intelligendam, responderi ex diverso habebat, ergo a nativitate et a primo nomine aetatis virginem operiri oportere. **2.** Non ita est autem, sed ex quo intelligere se coeperit et sensum naturae suae intrare et de virginis exire et pati novum illud, quod alterius aetatis est. **3.** Nam et principis generis Adam et (2.)

---

10. 9 *cf.* Isid. orig. 19, 23, 7

11. 1 *cf.* c. 4. 8 4 I Cor. 11, 5

---

10 Britonum *N*, -tt- *FXR* velari ω 12 subscribere *i. indulgere, v. Oehler ad l.* 17 virginitatis *FXR*1.2 18 viduorum *NGR*3 *edd.*, -arum *FXR*1.2 19 at *N* (*praef. III 103a*), *om. cett.*

11. 1 ex parte] *praef. III 58* 6 virginem *i. puellam nondum maturam, cf. 11, 5* 7 int. se *N*, se i. *cett.* sensum] censum *Rig.* 9 principis *NF* (*praef. III 2*), princeps *X*

Eva quamdiu intellectu carebant, nudi agebant; at ubi de arbore agnitionis gustaverunt, nihil primum senserunt quam erubescendum; ita sui quique sexus intellectum tegmine notaverunt. **4.** Sed etsi *propter angelos* velanda est, sine dubio ab ea aetate lex velaminis operabitur, a qua potuerunt filiae hominum concupiscentiam sui adducere et nuptias pati; ex illo enim virgo desinit, ex quo potest non esse. **5.** Et ideo penes Israelem illicitum est ad virum tradere nisi post contestatam sanguine maturitatem; ita ante hunc indicem acerba res est. Igitur si tamdiu virgo, quamdiu acerba est, desinit virginem, cum matura cognoscitur, et ut non virgo iam legi applicatur
(3.) sicut et nuptiis. **6.** Et desponsatae quidem habent exemplum Rebeccae, quae, cum ad sponsum ignotum adhuc ignota perduceretur, simul ipsum cognovit esse, quem de longinquo *pro*spexerat, non sustinuit dexterae colluctationem nec osculi congressionem nec salutationis communicationem, sed confessa quod senserat, id est spiritu nuptam, negavit virginem velata ibidem. O mulierem iam de Christi disciplina! ostendit enim etiam nuptias de aspectu et animo fieri quemadmodum stuprum.
(4.) **7.** Nisi quod etiam Rebeccam quidam adhuc velant, de ceteris vero, id est quae desponsatae non sunt, viderit aut parentum procrastinatio ex angustiis vel scrupulositate descendens, viderit et ipsum continentiae votum: nihil pertinet ad aetatem sua spatia currentem suaque debita maturitati luentem; alia in occulto mater, natura, et alius in latenti pater, tempus, filiam suam legibus suis maritarunt. **8.** Aspice

13 I Cor. 11, 10 22 *cf.* Gen. 24, 65. orat. 22 p. 196, 19 28 *cf.* Matth. 5, 28 35 *cf.* orat. 22 p. 195, 16

11 primum *i. prius, praef. III 34* 12 ita] *praef. III 73* quique (*praef. III 31*) ω $R^{1.2}$, quisque R^3 *Gel.* 17 Israelem *N*, -el *cett.* licitum *N* ad] *praef. III 54d* 19 si *etiam N* acerba *i. immatura, Thes. 368, 5* desinit virginem] *praef. III 77* 24 prospexerat *Rig.*, perspexerat ω *R* 27 ibidem *i. statim, Thes. 155, 8* 29 *iunge* etiam adhuc, *praef. III 92* Rebeccam *metonymice i. q. desponsatam. Kr.* 30 viderint *FX* aut ω (autem *X*) R^1 (*i.* 'et', *Thes. 1575, 72*), *del.* R^2, *om.* R^3 *edd.* angustiis *sc. pecuniae. Kr.*

nuptam iam in illam tuam virginem, et animam expectatione[m] et carnem transfiguratione[m], cui tu secundum paras maritum: iam et vox obsolefacta est et membra completa sunt et pudor ubique vestitur et menses tributa defendunt, ac tu mulierem negas, quam muliebria pati dicis? **9.** Si congressio viri mulierem facit, non tegantur nisi post ipsam nuptiarum passionem — atquin etiam apud ethnicos velatae ad virum ducuntur —; si autem ad desponsationem velantur, quia et (5.) corpore et spiritu masculo mixtae sunt per osculum et dexteras, per quae primum resignarunt pudorem spiritu, per commune conscientiae pignus, quo totam condixerunt confusionem, quanto magis tempus illas velabit, sine quo sponsari non possunt et quo urgente sine sponsalibus virgines desinunt esse! **10.** Tempus etiam ethnici observant, ut ex lege naturae (6.) iura sua aetatibus reddant; nam feminas quidem a duodecim annis, masculum vero a duobus amplius ad negotia mittunt, pubertatem in annis, non sponsalibus aut nuptiis decernentes; mater familiae vocatur, licet virgo, et pater familiae, licet investis. A nobis nec naturalia observantur, quasi alius sit deus naturae quam noster.

12, 1. Agnosce et mulierem, agnosce et nuptam de testimoniis et corporis et spiritus, quae patitur et in conscientia et in carne; haec sunt tabellae priores naturalium sponsalium et nuptiarum. Impone velamen extrinsecus habenti tegumen intrinsecus; tegantur etiam superiora, cuius inferiora nuda non sunt. **2.** Vis scire, quae sit aetatis auctoritas? Propone utramque, immature compressam in habitu mulieris et quae maturi-

---

36 in illam ω R^1 (*cf. Thes. II 830, 59. 832, 40. 64. 75*), in *del.* R^2 *p. 506, om.* R^3 *edd.* animam *et* carnem *acc. gr. Hoppe 17* 37 *corr.* R^3 et cui *N* 39 pudor] *praef. III 83* defendunt (*i. vindicant, postulant, Thes. 298, 15. 304, 13. SB 46*) ω *R*, dependunt *Ciaconnius* ac] at *N* 43 ad desp.] *praef. III 54c* 45 spiritu *i. spiritaliter ut 11, 6* sp. nuptam. *Hoppe, Beiträge 20* 51 mittunt *F X R edd.*, admittunt *N*

12. 1 agnosce et *bis* R^1 *mg edd.*, agnoscet *bis* ω R^1 2 et *quartum om. N* 3 hec *X* (*etiam l. 11., praef. III 8*), hae *cett.*

tate progressa in virginitate duret cum suo habitu: facilius illa mulier negabitur, quam ista virgo credetur; tanta est adeo
(2.) fides aetatis, ut nec habitu obstrui possit. **3.** Quid, quod etiam haec nostrae etiam habitu mutationem aetatis confitentur, simulque se mulieres intellexerunt, de virginibus educantur? a capite quidem ipso deponentes quod fuerunt vertunt capillum et acu lasciviore comam sibi inserunt, crinibus a fronte divisis apertam professae mulieritatem; **4.** iam et consilium formae a speculo petunt et faciem morosiorem lavacro macerant, forsitan et aliquo eam medicamine interpolent, pallium extrinsecus iactant, calceum stipant multiformem, plus instrumenti ad balneas deferunt. **5.** Quid singula persequar? Solae autem manifestae paraturae totam circumferunt mulieritatem, sed virginari volunt sola capitis nuditate, uno habitu negantes, quod toto suggestu profitentur.

13, 1. Si propter homines habitu abutuntur, impleant illum etiam in hoc, ut et apud ethnicos caput ⟨re⟩velent; certe in ecclesia virginitatem suam abscondant, quam extra ecclesiam celant. Timent extraneos? revereantur et fratres aut constanter audeant et in vicis virgines videri, sicut audent in ecclesiis; laudabo vigorem, si aliquid et apud ethnicos virginitatis nundinarint. **2.** Eadem natura foris quae et intus, eadem institutio apud homines et apud dominum eadem libertate
(2.) constat. Quo ergo foris quidem bonum suum abstrudunt, in ecclesia vero provulgant? Exposco rationem. Utrumne ut fratribus suis placeant an ut ipsi deo? **3.** Si ut ipsi deo, tam idoneus est ad conspicienda, quaeque in occulto fiunt, quam

10 *de* etiam ... etiam *v. praef. III 104* 12 educantur] *cf. pall. 2, 6, Thes. 116, 61* 13 vertunt *i. mutant* 14 inserunt *Rig.* (*praef. III 98*), inferunt ω *R edd.* 17 interpollent ω (*praef. III 112*), -ant *R edd.* 20 solae autem m. p. ω $R^{1.2}$, solemnem m. p. R^3 *Gel. Pam.*, sola a. -a -a *Rig.* autem *i. enim, ad monog. 13, 3,* enim *Ciaconnius* totam] *praef. III 119* 21 virginari R^2 *p. 506,* V^2 *edd.*, virginali ω R^1

13. 2 ut et velent ω *R*, et ut velant *Rig.* ⟨re⟩velent *Kr.* 4 timeant *N* 5 vices ω 7 quae et] *praef. III 102a* 10 promulgant *N?* 12 quaeque] *praef. III 31*

iustus ad remuneranda, quae soli sibi fiunt; denique praecipit, nihil debucinemus eorum, quae apud illum mercedem merebuntur, nec ea ab hominibus compensemus. **4.** Quodsi unius victoriati vel quamcumque elimosinae operationem sinistra conscia facere prohibemur, quantum tenebrarum circumfundere debemus, cum tantam oblationem deo offerimus ipsius corporis et ipsius spiritus nostri, cum illi ipsam naturam consecramus? **5.** Ergo quod non potest videri propter deum fieri, quia sic fieri deus non vult, sequitur, ut hominum gratia fiat, utique primo inlicitum ut gloriae libidinosum; gloria enim inlicitum est eis, quorum probatio in omni humiliatione constat. **6.** Et si a deo confertur continentiae virtus, quid gloria- (3.)
ris, quasi non acceperis? si vero non accepisti, quid habes, quod datum tibi non est? Hoc ipso autem constat a deo datum tibi non esse, quod illum non soli deo praestas. Videamus ergo, quod humanum est, an firmum sit et verum.

14, 1. Referunt aliquando dictum a quodam, cum primum quaestio ista temptata est: 'Et quomodo ceteras sollicitabimus ad huiusmodi opus?' Scilicet felices nos facient, si plures erunt, et non dei gratia vel merita cuiusque. Virgines ecclesiam an ecclesia virgines ornant deo sive commendant? **2.** Confessus est igitur gloriam esse in causa; porro ubi gloria, illic sollicitatio, ubi sollicitatio, illic coactio, ubi coactio, illic necessitas, ubi necessitas, illic infirmitas. Merito itaque dum (2.)
caput non tegunt, ut sollicitentur gloriae causa, ventres tegere coguntur infirmitatis ruina; aemulatio enim illarum, non religio producit. **3.** Aliquando et ipse venter deus earum, quia facile

13. 14 *cf.* Matth. 6, 2 25 *cf.* I Cor. 4, 7

14. 11 *cf.* Phil. 3, 19

16 elimosine *N X ut fug. 13, 1*, elemosine *F*, eleemosynae *R* 17 conscia R^1 *mg edd.*, conscientia ωR^1 *ut 14, 5* 19 illi] ipsi *N* 26 datum *et* illum (*praef. III 8*) ωR^1 (*praef. III 81*), datam *et* illam R^2 *edd.*

14. 1 *pro initio huius capitis Kr. habet § 10* 5 ornant *et* commendant *N, sing. cett.* sive *i. et, Hofmann § 250 add.* 6 porro *i. sed, at enim, praef. III 66* 9 sollicitentur *i. ad stuprum illiciantur* 10 illarum $\omega R^{1.2}$ (*praef. III 105*), illas R^3 V^2 *edd.* 11 venter d. *NF*, d. v. *X R edd.*

virgines fraternitas suscipit. Nec tantum autem ruunt, sed et funem longum delictorum sibi attrahunt; prolatae enim in medium et publicato bono suo elatae et fratribus omni honore et caritat*is* operatione cumulatae dum ⟨clarent⟩, non latent, ubi quid admissum est, tantum dedecoris cogitantes, quantum
(3.) honoris habuerunt. **4.** Si intectum caput virginitati adscribitur, si qua virgo exciderit de gratia virginitatis, ne prodatur, intecto permanet capite esse et tunc iam alieno ambulat habitu [id est quem sibi vindicat virginitas; permanet nihilominus in habitu vel tunc saltem alieno, ne scilicet mutatione prodatur].

5. Et consci[enti]ae mulieritatis iam indubitatae audent nudo capite ad deum adire; sed aemulator deus et dominus, qui dixit: *Nihil occultum quod non reveletur*, plerasque etiam in conspectum deducit. **6.** Non enim confitebuntur nisi ipso-
(4.) rum infantium suorum vagitibus proditae. Quantum autem plures, non etiam de pluribus sceleribus suspectas habebis? **7.** Dicam, licet nolim: difficile mulier semel fit, quae ⟨non⟩ timet fieri quaeque iam facta potest virginem mentiri sub deo. Quanta item circa uterum suum audebit, ne etiam mater detegatur? Scit deus, quot iam infantes et perfici et perduci ad partum integros duxerit debellatos aliquamdiu a matribus. **8.** Facillime semper concipiunt et felicissime pariunt huius

---

13 *cf.* Psalm. 118, 61, Prov. 5, 22 et Is. 5, 18 (Thes. s. v. funis 1597, 10)
25 Matth. 10, 26

---

14 fratribus *est dat. auctoris, Hoppe 25* 15 caritatis R^3 *edd.*, -e et ω $R^{1.2}$ (ἓν διὰ δυοῖν*?*) ⟨clarent⟩ *supplevi*, ⟨latent⟩ *Kr.* 16 cogitantes ω (-is *N, praef. III 2*) $R^{1.2}$ (*i. cogentes, congerentes, contrahentes, cf. Thes. 1476, 1. SB 98;* οὐ λανδάνουσι συναγείρουσαι), -ant R^3 *edd.* 19 esse ω $R^{1.2}$, *om.* R^3 *edd.* alieno habitu *sc. virgini non competente* 20 [id est ... prodatur] *del. de La Cerda* 21 saltim *N* 23 et conscientiae ω R^1, conscientia R^1 *mg*, consciae R^2 *p. 506* (*cf. 13, 4*) mulieritatis *N*, muliebritatis *cett.* 25 reveletur *N* (*praef. III 49*), -bitur *cett. cum Vulg.* (-etur *paen. 6, 10 N O*, -bitur *XT*) 26 *§ 6 post § 7, § 8 ante § 6 transpon. Kr.* 29 ⟨non⟩ *Rig.* 33 duxerit *i. boni duxerit* (*adv. Hermog. 3, 2*)

modi virgines et quidem simillimos patribus. **9.** Haec admittit flagitia coacta et invitata virginitas. **10.** Ipsa concupiscentia non latendi non est pudica: patitur aliquid, quod virginis non sit, studium placendi, utique et viris. Quantum velis bona mente conetur, necesse est publicatione sui periclitetur, dum percutitur oculis incertis et multis, dum digitis demonstrantium titillatur, dum nimium amatur, dum inter amplexus et oscula assidua concalescit. Sic frons duratur, sic pudor feritur, sic solvitur, sic discitur aliter iam placere desiderare. (5.)

15, 1. Sed enim vera et tota et pura virginitas nihil magis timet quam semetipsam. Etiam feminarum oculos pati non vult: alios ipsa oculos habet. Confugit ad velamen capitis quasi ad galeam, quasi ad clipeum, qui bonum suum protegat adversus ictus temptationum, adversus iacula scandalorum, adversus suspiciones et susurros et aemulationem, ipsum quoque livorem. **2.** Nam est aliquid, etiam apud ethnicos metuendum, quod fascinum vocant, infeliciorem laudis et gloriae enormioris eventum. Hoc nos interdum diabolo interpretamur, ipsius enim est boni odium, interdum deo deputamus, illius est enim superbiae iudicium, extollentis humiles et deprimentis elatos. **3.** Timebit itaque virgo sanctior vel in nomine fascini hinc adversarium, inde deum, illius lividum ingenium, huius censorium lumen, et gaudebit sibi soli et deo nota. Sed (2.) (3.) et si cui innotuerit, sapit, si temptationibus gradum ob⟨s⟩tr*u*xerit. **4.** Quis enim audebit oculis suis premere faciem clausam, faciem non sentientem, faciem, ut dixerim, tristem? Qui-

---

15. 11 *cf.* Psalm. 146, 6, Luc. 1, 52

---

36 invitata ωR^1 (*virgines ad stuprum seducuntur et ad infanticidium coguntur*), invita R^2 *edd.* virginitas] *praef. III 83* 39 sui] *praef. III 26*

40 incertis *i. curiositate vagis, curiosis, Thes. 880, 17; aliter de la Cerda*

15. 3 alios *sc. virgineos, non muliebres* 9 interpretamur *i. adscribimus, cf. coron. 11, 4 anim. 46, 4* 10 enim est *N*, est enim *cett.* 15 obstruxerit R^2 *p. 506* (*cf. apol. 27, 1*), obtraxerit $\omega R^{1.3}$

cumque malus cogitatus ipsa severitate frangetur. Iam se etiam mulierem negat, quae virginem celat.

16, 1. In his consistit defensio nostrae opinionis secundum scripturam, secundum naturam, secundum disciplinam. Scriptura legem condit, natura contestatur, disciplina exigit. Cui ex his consuetudo opinionis prodest vel qui diversae sententiae color? **2.** Dei est scriptura, dei est natura, dei
(2.) est disciplina; quicquid contrarium est istis, dei non est. Si scriptura incerta est, natura manifesta est et de cuius testimonio scriptura incerta non potest esse; si de natura dubitatur, disciplina quid magis deo ratum sit ostendit. **3.** Nihil est illi carius humilitate, nihil acceptius modestia, nihil operosius gloria et studio hominibus placendi. Illud itaque sit tibi et scriptura et natura et disciplina, quod ratum deo inveneris, sicut iuberis omnia examinare et meliora quaeque sectari.

(3.) **4.** Superest etiam, ut ad ipsas convertamur, quo libentius ista suscipiant. Oro te, sive mater sive soror sive filia virgo, secundum annorum nomina dixerim, vela caput, si mater, propter filios, si soror, propter fratres, si filia, propter patres:
(4.) omnes in te aetates periclitantur. **5.** Indue armaturam pudoris, circumduc vallum verecundiae, murum sexui tuo strue, qui nec tuos emittat oculos nec admittat alienos. Adimple habitum mulieris, ut statum virginis serves. Mentire aliquid ex his, quae intus sunt, ut soli deo exhibeas veritatem. **6.** Quamquam non mentiris nuptam; nupsisti enim Christo, illi tradidisti carnem tuam, illi sponsasti maturitatem tuam. Incede secundum sponsi tui voluntatem: Christus est, qui et alienas sponsas et maritatas velari iubet, utique multo magis suas.

---

16. 13 *cf.* I Thess. 5, 21 18 *sqq. cf.* orat. 22 p. 196, 4 *sqq.*

---

16. 4 consuetudo opinionis] *praef. III 108* 5 color *N*, c. est *cett.* 7 cuius ω, eius *R edd.* 10 operosius (*i. molestius, cf. nat. 1, 4, 5 Hoppe, Beiträge 78. Oehler 907*) ω R^1, perosius R^3, exosius R^2 *p. 506* 15 suspitiant *N* 18 in *aut implicativum* (*Thes. 787, 72*) *aut causale* (*Thes. 782, 47*) induc *F X* $R^{1.2}$ *fort. recte, Thes. 1236, 22* 21 mentire *i. cela, Thes. 779, 17* 22 intus *sc. in velamine; 'secreta animi' Oehler* 26 maritatas *N Pam.*, maritas *cett.*

17, 1. Sed et vos admonemus, alterius pudicitiae mulieres, quae nuptias incidistis, ne sic a disciplina velaminis exsolescatis, ne quidem in momento horae, ut, quia reicere illam non potestis, alio modo destruatis neque tectae neque nudae incedentes. **2.** Mitris enim et lanis quaedam non velant caput, sed conligant, a fronte quidem protectae, qua proprie autem caput est, renudae; aliae modice linteolis, credo, ne caput premant, nec ad aures usque demissis cerebro tenus operiuntur. Misereo⟨r⟩, si tam infirmo auditu sunt, ut per (2.) tegmen audire non possint. **3.** Sciant, quia totum caput mulier est; limites et fines eius eo usque porriguntur, unde incipit vestis; quantum resoluti crines occupare possunt, tanta est velaminis regio, ut cervices quoque ambiantur; ipsae enim sunt, quas subiectas esse oportet, propter quas potestas supra caput haberi debet; velamen iugum illarum est. **4.** Iudicabunt *vos* Arabiae feminae ethnicae, quae non caput, sed faciem quoque ita totam tegunt, ut uno oculo liberato contentae sint dimidiam frui lucem quam totam faciem prostituere: mavult femina videre quam videri. **5.** Quas propterea infelicissimas ait (3.) Romana quaedam regina, quod adamare magis quam adamari possint, cum sint vel ex alterius ⟨in⟩felicitatis et quidem frequentioris immunitate felices, quia facilius adamari quam adamare feminae possint. **6.** Et ethnicae quidem disciplinae meracior et, ut ita dixerim, barbarior modestia; nobis dominus etiam revelationibus velaminis spatia metatus est. Nam cuidam sorori nostrae angelus in somnis cervices, quasi applauderet, verberans: 'Elegantes', inquit, 'cervices et merito nudae! Bonum est, usque ad lumbos a capite ⟨re⟩veleris,

---

17. 14 *cf.* I Cor. 11, 10

---

17. 2 nuptias *N* (*cf. Thes. s. v.* incido *905, 67*), in n. *cett.* 7 renudae *N*, enudae *FX* (*utraque vox aliunde non nota*), nudae *R edd.* 9 misereor *R edd.*, -o ω adito *FX* 15 habere *F* 16 vos *Gel.*, nos ω *R* 21 *iunge* vel felices, *praef. III 92* ⟨in⟩fel. R^3 28 bonum est . . . reveleris] *praef. III 48b* ⟨re⟩veleris *Iun.*

ne et tibi ista cervicum libertas non prosit.' Et utique quod
(4.) uni dixeris, omnibus dixeris. **7.** Quantam autem castigationem merebuntur etiam illae, quae inter psalmos vel in quacumque dei mentione retectae perseverant meritoque etiam in oratione ipsa facillime fimbriam aut villum aut quodlibet filum cerebro superponunt et tectas se opinantur! Tanti caput suum me[n]tiuntur. **8.** Aliae, quibus plane maior est palma omni fimbria et filo, non minus capite suo abutuntur, ut bestia quaedam magis quam avis, licet pennata, brevi capite, protracta cervice, cetera altegra[n]dia; hanc aiunt, cum delitescendum habet, caput solum plane totum in condensum abstrudere, reliquam se in aperto relinquere; ita dum in capite secura est, nuda, qua maior est, capitur tota cum capite. Tales enim erunt et istae minus quam utile est tectae.
(5.) **9.** Oportet ergo tempore omni et omni loco memores legis incedere, paratas et instructas ad omnem dei mentionem, qui si fuerit in pectore, cognoscetur et in capite feminarum. Haec cum bona pace legentibus, utilitatem consuetudini praeponentibus pax et gratia a domino nostro Iesu redundet cum Septimio Tertulliano, cuius hoc opusculum est.

---

29 et *prius*] *praef. III 102 b* quod *om. F* 32 meritoque *Kr.* (*i. consequenter, ut consentaneum est, Thes. 824, 68*), meritone ω *R Gel. Pam.*, meriturae (etiam quae in) *Rig.*, moraturae (e. in) *Oehler* 33 facillime *i. neglegenter, Thes. 68, 33; cf. monog. 8, 5* facilitate 35 metiuntur R^3 *Gel. Pam.* (*i. aestimant, Thes. 885, 26. 41*), mentiuntur ω $R^{1.2}$ palma *sc. manu caput tegunt;* parma *Kr. cf. 15, 1* clipeum 38 altegradia R^1 *mg* 42 enim *N*, *om. cett.* 43 t. o. *N*, o. t. *cett.* 48 et cum *NF*, cum *XR* Tertulliano] *cf. bapt. 20 extr.* oro, ut ... Tertulliani peccatoris memineritis Tertulliani de virginibus velandis explicit *N*, Explicit liber de virginibus velandis *F*

DE PALLIO

1, 1. Principes semper A[f]fricae viri [Affricae] Carthaginenses, vetustate nobiles, novitate felices, gaudeo vos tam prosperos temporum, cum ita vacat ac iuvat habitus denotare: pacis hoc et annona⟨e⟩ et oti[a]: ab imperio et a caelo bene est. Tamen et vobis habitus aliter olim, tunicae fuere et quidem in fama de subtegminis studio et luminis consilio et mensurae temperamento; quod neque trans crura prodigae nec intra genua inverecundae nec brachiis parae nec manibus artae, sed nec cingulo sinus dividere expedit*os* *ambi*tae, quadrata iustitia in viris stabant. Pallium extrinsecus habitus, et ipse quadrangulis, ab utroque laterum regestus et cervicibus circumstrictus in fibulae morsu, *h*umeris acquiescebat; **2.** instar eius hodie Aescolapio iam vestro sacerdotium est; sic et in proximo soror civitas vestiebat et sicubi alibi in Africa

---

1. 2—3 *cf.* Apul. Florid. 3, 1 principes Africae viri

1. De monogamia Tertulliani explicit, incipit de pallio *N*, Incipit liber Tertulliani de pallio *F*, Q. Septimii Florentis T. de pallio *X* 2 Affr- ω *bis*, Aphr- *R* (*alias* Affr-) viri Affrica *N* Carthaginenses ω *R* (*praef. III 12*), -ienses *edd.* 5 annona⟨e⟩ *Rig.* et oti[a] *Kr.* (*praef. III 6*), otia *Salm.* 6 olim] eī *N* 7 in fama *i. famosae, cf. Thes. s. v.* fama *212, 11* subtegminis *NR*, -tem- *FX Pam.* luminis consilio ω *R* (*'i. splendoris ratione habita; cf. 2, 6* consuluit *c. inf.' Kr.*), concilio *Iun. edd.* 8 mensura et $NR^{1.2}$ 9 pare ω *SR* (*i. breves, a* parum. *Salm.; Aug. lib. arb. 3, 190* non parum bonum *MG*γ*y*, parvum *cett. cf.* nuperus *a* nuper, *4, 2* clanculus *et 2, 2* subdivus *a* sub divo), parcae *L* V^{2} *Pam.* 10 expeditos *scripsi*, expeditum ω *R*, expedito *Oehler* ambitae *Kr.* (*i. cinctae, Thes. 1847, 75*), beat(a)e ω *R*, umbratae *Oehler* 11 pallium *NS*, palui *FX*, pallii *R Gel. Pam.* 12 quadrangulis *FX* R^{1} (*praef. III 9*), -us *N* $R^{2.3}$ 13 circumstrictus *S* R^{2}, circumstructus ω $R^{1.3}$ in *instr., praef. III 60 f* humeris *R*, numeris ω 14 Aescol- *NF*, -al- *X* (*praef. III 13*), -ul- *R* *iunge* Aescolapio sacerdotium *i. Aesculapii sacerdotum, praef. III 19. 5* iam vestro *sc. qui olim Graecorum fuit. Kr.* 15 vestiebat] *praef. III 51*

Tyros. At saecularium cum sortium variavit urna et Romanis deus maluit, soror quidem civitas suopte arbitrio mutare properavit, ut adpulsum Scipionem ante iam de habitu salutasset, Romanum praecoca; vobis vero post iniuriae beneficium, ut senium, non fastigium exemptis, post Gracchi obscena omina et Lepidi violenta ludibria, post trinas Pompei aras et longas Caesaris moras, ubi moenia Statilius Taurus imposuit, sollemnia Sentius Saturninus enarravit, cum Concordia Iu*lia* toga oblata est. Pro! quantum circummeavit, a Pelasgis ad Lydos, a Lydis ad Romanos, ut ab humeris sublimiori*s* populi Carthaginenses complecteretur! **3.** Exinde tunicam longiorem cinctu arbitrantes suspenditis et pallii iam teretis redundantiam tabulata congregatione fulcitis et si quid praeterea condicio vel dignitas vel temporalitas vestit; pallium tamen generaliter, vestrum immemores, etiam denotatis. Equidem haud miror prae documento superiore. Nam et arietem — non quem Laberius *reciprocicornem* e*t lanicutem et testitra*hum; sed trabes machina est, quae muros frangere militat — nemini umquam adhuc libratum illa dicitur Carthago *studiis asperrima belli* prima omnium armasse in oscil-

32 *cf.* Com. Rom. frg.^{3} p. 265 ed. Ribbeck (Laber. mim. 154) 35 Verg. Aen. 1, 14

16 saecularium cum sortium *Kr.*, s. consortium *N*, cum s. sortium *F X R edd.* variavit urna *S Pam.*, vavia viturna ω *R*^{1} 17 maluit *i. favit, Thes. 202, 33* soror] *praef. III 107* suopte *R*^{2}, suapte ω *R*$^{1.3}$ 18 de] *praef. III 57* 19 salutasset ω *S* (*praef. III 37*), -ret *R Gel. Pam.* Romanum ω *S R*^{1} (*acc. graec., Hoppe 17*), -a *R*^{3} *Gel. Pam.*, -o *R*^{2} 20 senium *et* fastigium *acc. graec.* fastidium *S Gel.* 23 imposuit] *praef. III 93* cum Concordia Iulia *Kr.* (*hoc erat nomen restauratae Carthaginis*), c. c. iuvat ω *R*$^{1.2}$, c. c. Iubae *R*^{3} *Gel.* 25 Pelagis ω, Pelasgis *R* sublimioris *R*^{3}, -es ω *R*$^{1.2}$ 27 arbitrantes ω *R*$^{1.2}$ (*i. dividentes, cf. l. 10* dividere *et 2, 4* amnis finium arbiter. *Kr.; Thes. 404, 81. SB 50*), -ante *R*^{3} *edd. Kr.* pallii iam teretis *sc. togae* 29 quod *F ut saepe* 30 vestrum *sc. esse. Kr.* 31 equidem *N X R*, et quidem *F* 32 et] *R*$^{2.3}$, ut ω *R*^{1} 33 testitrahum *R*$^{2.3}$, -bum ω *S R*^{1} *de ellipsi verbi dicendi v. praef. III 95* trabes] *praef. III 107* 34 militat *i. servit, Thes. 970, 35*

lum penduli impetus, commentata vim tormenti de bile pecoris capite vindicantis. Cum tamen ultimant tempora patriae et aries iam Romanus in muros quondam suos audet, stupuere illico Carthaginenses ut novum extraneum ingenium; *tantum aevi longinqua valet mutare vetustas.* Sic denique nec pallium agnoscitur.

2, 1. Sit nunc aliunde res, ne Poenicum inter Romanos aut erubescat aut doleat. Certe habitum ve⟨r⟩tere naturae totius sollemne munus est; fungitur et ipse mundus, interim iste quem incumbimus; viderit Anaximander, si plures putat, viderit, si quis uspiam alius, ad Meropas, ut Silenus penes aures Midae blatit, aptas sane grandioribus fabulis; sed et si quem Plato aestimat, cuius imago hic sit, etiam ille habeat necesse est proinde mutare. Quippe si mundus, ex diversis substantiis officiisque constabit ad formam eius, quod mundus istic est; neque enim mundus, si non ut mundus proinde. Diversa in unum ex demutatione diversa sunt; denique diversitatis discordiam vices foederant. Ita mutando erit mundus omnis, qui et diversitatibus corporatus et vicibus temperatus. **2.** Nostra certe metatio, quod clausis vel in totum Homericis oculis liquet, totum versiforme est: dies et nox

39 Verg. Aen. 3, 415

2. 5 *cf.* adv. Hermog. 25, 5 p. 154, 3

37 capite R^3 *edd.*, caput $\omega R^{1.2}$ vindicantis (*sc. se, praef. III 51*) $R^{2.3}$ *edd.*, -es ωR^1 ultimant *et* audet $\omega S R^{1.2}$, -rent *et* -ret R^3 *Gel. Pam.* 38 audet, stupuere] *praef. III 112* 39 ingenium *meton. i. q. inventum ingeniosum, Thes. 1533, 66* 40 sic] *praef. III 74*

2. 1 sit $R^{2.3}$, sic ωR^1 res *i. materia exemplorum* Poenicum *i. gens Punica* 2 vertere R^3, vetera $\omega R^{1.2}$ 3 fungitur] *praef. III 105* 4 incumbimus *i. habitamus, Thes. 1076, 70* 6 si quem] *praef. III 61* 7 habeat] *praef. III 103d* 8 mutare] *praef. III 51* 10 istic *scripsi* (*praef. III 8*), istic *N*, stic *FS*, hic *R edd.* 11 in unum] *praef. III 59b* ex] *praef. III 58* denique *i. deinde* (*autem*), *Thes. 534, 13* diversitatis (-as *F*) disc. N^2FXR *edd.*, disc. div. N^1 13 qui et *NFPam.*, qui ex *XR Gel.* temperatus *sc. est, praef. III 94a* 14 metatio *i. domicilium, Thes. 878, 60* 15 Homericis *i. caecis. Oehler*

invicem vertunt; sol stationibus annuis, luna modulationibus menstruis variat; siderum distincta confusio interdum reicit quid, interdum resusci⟨t⟩at; caeli ambitus nunc subdivo splendidus, nunc nubilo sordidus: aut imbres ruunt et si qua missilia cum imbribus, dehinc substillum et denuo sudum; sic et mari fides infamis, dum et flabris aeque mutantibus de tranquillo probum, de flustris temperatum et extemplo de decimanis inquietat; sic et terram ⟨si⟩ recenseas temporatim vestiri amantem, prope sis ea⟨n⟩dem negare, memor viridem, cum conspicis flavam, mox visurus et canam; ceteri quoque eius ornatus[i] quid non aliud ex alio mutant, et montium scapulae decurrendo et fontium venae cavillando et fluvium viae obumando? **3.** Mutavit et totus orbis aliquando aquis omni[bu]s obsitus: adhuc maris conchae et buccinae peregrinantur in montibus cupientes Platoni probare etiam ardua fluitasse; sed et enatando rursus in firma mutavit rursus orbis, alius idem. Mutat et nunc localiter habitus, cum situs laeditur, cum inter insulas nulla iam Delos, harenae Samos — et Sibylla non mendax —, cum in Atlantico Libyam aut Asiam adae-

16 *sqq. cf.* resurr. 12, 1 *sqq.* 28 Plato Tim. 22D 33 *cf.* apol. 40, 3. nat. 1, 9, 6 Geffcken 97, Orac. Sib. 3, 363 ἔσται καὶ Σάμος ἄμμος, ἐσεῖται Δῆλος ἄδηλος. 4, 91. 8, 165

17 reicit ω $R^{1.2}$, deicit R^3 *edd.; an* eicit? 18 resuscitat R^3 *edd.*, res viciat ω R^1 21 de] *praef. III 57* 22 decimanis ω, -um- *R* 23 inquietat] *praef. III 51* ⟨si⟩ R^3; *an* recensens? 24 ea⟨n⟩dem R^3 *de* memor *c. acc. v. Thes. 659, 57 et Löfstedt 12; potest autem etiam subaudiri* fuisse, *praef. III 94b* 26 ornatus *R*, -u si ω, -us si *S* 27 scopulae $R^{1.3}$, -i R^2 cavillando (*i. iocando, intermittendo, Thes. 649, 20*)] ebullando R^3 *Gel. Pam.* fluvium *N* (*praef. III 4*), fluminum *cett.* 28 obumando ω *S* (*cf. Thes. s. v.* humus *3121, 47, anim. 19, 5* ederas *Agob.*), obumando obumbrando *F*, obumbrando *R Gel. Pam.* 29 omnis *Salm.* 31 rursus ... rursus] *praef. III 104* in firma *scripsi* (*neutr. plur., cf. Thes. 815, 52. 48; fem. sing. Thes. non novit*), infirma ω $R^{1.3}$, infima R^2, in forma *Salm.* 33 et] *praef. III 64* 34 cum *N X S*, autem *F*, Aeon *R Gel. Pam.*, Plato *Turnebus* aut *i. et, Thes. 1575, 72, cf. Plato Tim. 24E* Λιβύης καὶ Ἀσίας

quans ⟨iam nulla⟩ — nam quaeritur —, cum Italiae quondam latus Hadria Tyrrhenoque quassantibus medio tenus interceptum reliquias Siciliam facit, cum tota illa plaga discidii contentiosos aequorum coitus angustis torquens novum vitii maris imbuit, non exspuentis naufragia, sed devorantis. **4.** Patitur et continens de caelo aut de suo. Aspice ad Palaestinam: qua Iordanis amnis finium arbiter, vastitas ingens et orba regio et frustra ager: et urbes retro et populi frequentes et solus audiebat; dehinc, ut deus censor est et impietas ignem meruit, imbres: hactenus Sodoma et nulla Gomorra et cinis omn⟨i⟩a; et propinquitas maris iuxta cum solo mortum *vivit*. Ex huiuscemodi nubilo et Tuscia Vulsinios pristinos deusta, quo magis de montibus suis Campania speret, erepta Pompeios. Sed absit! Utinam et Asia secura iam sit de soli ingluvie, utinam et Africa semel voraginem paverit, unicis castris fraudatis expiata! Multa et alia huiusmodi detrimenta habitum orbis novavere situsque movere.

5. Bellis quoque plurimum licui*t*. Se*d* piget tristitia non

---

46 *cf.* nat. 1, 9 49 *cf.* Herodot. 3, 26

---

35 ⟨i. n.⟩ *supplevi* nam ω $R^{1.2}$, nunc *Turnebus, om.* R^3 *edd.* cum] nunc R^3 *Gel. Pam.* 37 dissidii $N R^2$ 38 angustiis $R^{2.3}$ *Gel. Pam.* torquens *NS*, retorquens *FXR edd.* (*praef. III 106*) 39 maris *V* (*praef. III 16*), -i *cett.* imbuit ω R^1 (*i. induxit, initiavit. Kr. Thes. 429, 7. 26. Thörnell I 32*), induit $R^{2.3}$ *Gel. Pam.* 42 frustra *i. inutilis* (*Thes. 1430, 53*) *sc. est* (*praef. III 94b*) et urbes retro *i. et tamen olim urbes illic fuerunt, praef. III 64. 94b*

43 solus ω *R* (*sc. Iordanis. Diehl, Thes. II 1291, 62. Löfstedt, Spätlat. Stud. 84*), solum *Lat. Gerlo* audiebat *aut i. q. oboediebat* (*sc. cultori*), *Thes. 1289, 30, aut potius i. q. cluebat, Thes. 1291, 62* est et ω R^1, esset R^3 est... meruit] *praef. III 112* ignem ω (*praef. III 97*), ignium *SR edd.* 44 hactenus *i.* οὐκέτι, *Thes. 2750, 4. cf. praef. III 94b. 87a* Gomorra *FXR* (*monog. 16, 6* ω *R*) 45 et prop.... vivit *i. etiam propinquum mare aeque atque solum mortuum est, praef. III 108. 81* mortum ω (*praef. III 6*) vivit *Rig.* (*praef. III 121*), bibit ω *R* 46 Vulsinos *N* Vulsinios *et* Pompeios *acc. graec.* 47 speret *i. metuat* 50 fraudatis *i. pessumdatis, Thes. 1264, 34* 52 licuisse et ω *S* piget *FXR*, perget *NS* tristitia ω SR^1 (*praef. III 83. 78*), tristia R^1 *mg edd.*

minus, quam et regnorum vices recensere, quotiens et ista mutaverint iam inde a Nino Beli progenie, si tamen Ninus regnare primus, ut autumant superiorum profanitas: ferme apud vos ultra stilus non solet; ab Assyriis si forte aevi historiae patescunt; qui vero divinas lectita*mus*, ab ipsius mundi natalibus compotes sumus.

6. Sed laeta iam malo, quippe et laeta mutant. Denique si quid mare diluit, caelum de*u*ssit, terra subduxit, gladius detotondit, alias versura compensato redit. Iam et primitus maiorem ambitum terra, cassa et vacans hominum, et sicubi aliqua gens occuparat, sibimet soli erat. Itaque colere omnia s⟨u⟩i domini intellige⟨n⟩s alibi stipantem copiam, alibi deserentem runcare atque ruspare consuluit, ut inde velut ex surculis et propaginibus populi de populis, urbes de urbibus per ubique *o*rbis pangerentur. Transvolavere redundantium gentium examina [ina]: Scythae exuberant Persas, Phoenices in Af[f]ricam eructant, Romanos Phryges pariunt,

68 *sqq. cf.* anim. 30, 2

53 quam et *S* (*praef. III 102a*), et *om. cett., edd.* 54 mutaverint *SR*^{3} (*praef. III 51*), -rit ω*R*^{1} 55 regnare ω*R*^{1} (*cf. Hoppe 59*), -arit *R*^{2}, -avit *R*^{3} *Gel. Pam.* autumant s. prof.] *praef. III 108. 81. 83* 57 lectitamus *R*$^{2.3}$ *edd.*, -ant ω*R*^{1} 58 compotes *i. gnari* (*ut Hermog. 22, 4*) *sc. historiarum* (*praef. III 105*) 59 denique *i. nam, Thes. 533, 52* 60 deussit *Salm.*, dixit ω*S*, texit *R Gel. Pam.* 61 versura (*nom. praed.*) *i. q. fenus; coacte i. q.* ἀντιστροφή, *quod alicui summae deest, Salm. Kr.* compensato (*i. compensatione*) *NR*^{3} *Gel. Pam.*, compensito *FXR*$^{1.2}$, -ati *S* 61 aim ω*R* (*praef. III 69*), nam *Pam. edd.* primitus *FX Pam.*, primitiis *NSR Gel.* 62 terra *habuit, praef. III 97a* 64 *suppl. Kr.* domini (*i. dominii, praef. III 6. 82*) *F*, domum *NXSR*, demum *Salm.* intelliges *F*, -is *cett.*, -ens *R*^{3} *Gel. Pam. colendam esse omnem suam possessionem videns copiam hominum abundantem dividere, deficientem* (*Thes. 683, 50*) *supplere constituit* (*Thes. 580, 68*) 65 ruspare ω*R*$^{1.3}$ *Gel. Pam.* (*cf. apol. 4, 7* ruspatis *Fuld.*), -ari *R*^{2}, rustare *Salm.*, rutare *Geffcken 64* consuluit] instituit *Salm.* 67 orbis *R*^{3}, urbes *codd. R*^{1} pangerentur *ut ramuli* 68 Scythae *R*^{1} *mg edd.*, schit- ω*SR*^{1} exuberant *i. abunde gignunt, Thes. 2096, 79* 69 eructant *se, praef. III 51*

Chaldaeum semen in Aegyptum educatur, dehinc, cum inde transducitur, Iudaea gens est; sic et Herculea posteritas, qui Temeno pariter, Peloponnesum occupando producunt; sic et Iones Nel⟨e⟩i comites Asiam novis urbibus instruunt; sic et Corinthii cum Archia muniunt Syracusas.

7. Sed vanum iam antiquitas, quando curricula nostra coram. Quantum reformavit orbis saeculum istud! quantum urbium aut produxit aut auxit aut reddidit praesentis imperii triplex virtus! Deo tot Augustis in unum favente quot census transcripti, quot populi repurgati, quot ordines illustrati, quot barbari exclusi! Revera orbis cultissimum huius imperii rus est, eradicato omni acon[d]ito hostilitatis et c[o]acto et rubo subdolae familiaritatis, concultus et amoenus ⟨su⟩per Alcinoi pometum et Midae rosetum. Laudans igitur orbem mutantem quid denotas hominem?

3, 1. Mutant et bestiae pro veste formam; quamquam et pavo pluma vestis et quidem de catacli⟨s⟩tis, immo omni conchylio pressior, qua colla florent, et omni patagio inauratior, qua terga fulgent, et omni syrmate solutior, qua caudae iacent, multicolor et discolor et versicolor, numquam ipsa, sed semper alia, etsi semper ipsa, quando alia, totiens denique mutanda,

---

83 *cf.* Hom. Od. 7, 112 *sqq.* Herodot. 8, 138

---

70 educatur *i. educitur ut virg. vel. 12, 3* 71 sic et *i. item, praef. III 74* qui NR^3, quae FXR^1, *om.* SR^2 *edd.* 72 T. pariter *sc. sunt i. aequales T.i* occupando *dat. fin.* producunt *i. progrediuntur, praef. III 51*

73 Nelei *Salm.*, Nili ω $R^{1.2}$, Nilei R^3 *Gel. Pam.* 74 cum *i. sub, praef. III 56* 75 curricula *i. tempora* 78 Augustis] *v. Gösta Säflund, De Pallio, Lund 1955 p. 31 sqq. 44* in unum *i. una, simul, Thes. s. v.* in *743, 35*

79 repurgati *Salm.*, repugnanti *N*, -ati *S*, -antes *F* (-ū-), XR^1, regnati R^1 *mg*, propaginati R^3 *Gel. Pam.* illustranti *NF* 81 cacto R^3 82 concultus et a. (*sc. orbis*) super (R^3) *Salm.*, consultus et a. per *NXS*, c. (-os *F*) et a. ci par FR^1 84 hominem *sc. mutantem*

3. 1. *non vestem, sed formam. Kellner* 3 pressior *NS*, depressior *FXR edd.* 5 ipsa *i. eadem, praef. III 28* sed *N*, *om. cett.* 6 mutanda *i.* ἀλλασσομένη, *praef. III 52*

quotiens movenda. **2.** Nominandus est et serpens, licet pone pavum; nam et iste quod sortitus est convertit corium et aevum, siquidem ut senium persensit, in angustias stipat pariterque specum ingrediens et cute egrediens ab ipso statim limine erasus exuviis ibidem relictis novus explicat: cum squamis et anni recusantur. Hyaenam si observes, sexus annalis est: marem ac feminam alternat. Taceo cervum, quod et ipse aetatis suae arbiter serpente pastus veneno languescit in iuventute. **3.** Est et *quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera*; testudinem Pacuvianam putas? non est; capit et alia bestiola versiculum, de mediocribus oppido, sed nomen grande: chamaeleontem qui audieris ⟨h⟩aud ante gnarus, iam timebis aliquid amplius cum leone; at cum offenderis — apud vineam ferme est sub pampino totum —, ridebis illico audaciam e[t] Graecia[m] nominis; quippe nec sucus est corpori, quo⟨d⟩ minutioribus multo licet: chamaeleon pellicula vivit. Capitulum statim a dorso, nam deficit cervix; itaque durum reflecti, sed circumspectu hi emissici ocelli, immo luminis puncta, vertiginant. Hebes, fessus vix a terra suspendit, molitur incessum stupens et promovet, gradum magis demonstrat quam ex-

---

3. 12 *cf.* Plin. nat. 8, 105 15 Trag. Rom. frg.[3] p. 86 ed. Ribbeck (Pacuv. trag. 4, 1)

---

7 pone $R^{2.3}$, pene ω R^1 9 senium *R*, seni *F X*, s *N* stipat *sc. se, praef. III 51* 10 cutem *S* (*Thes. 285, 54. SB 35*) 11 erasus *i. exutus, Thes. 743, 5* explicat *praef. III 51* 12 recusantur *N S*, recursantur *F X R Gel.*, recurantur *Pam.* hyaenam *N X R Gel.*, -a *F Pam.* 13 ac ω, et *R edd.* 15 in iuventute *F X* R^1 (*praef. III 60 h. Thes. s. v.* in *791, 51*), in -em *cett.* 18 haud R^1 *mg* 19 cum] *praef. III 56* apud] *praef. III 55* 20 est ω *R, om. B edd.* e Graecia *Salm.* 21 nec] *praef. III 75* quod *Salm.* 22 licet ω *S R* (*i. liquet, Hartel, Patrist. Stud. IV 58. Ambr. obit. Theod. 29* licet *codd. H α; cf. scorp. 3, 5* derelincunt *et contra Itala Matth. 14, 4 codd. e k* liquet *i.* ἔξεστιν), liquet *edd.* chamaeleon *F X R edd.*, -osi *S*, camelosi *N* pellicula vivit] *praef. III 121* 24 circumspectu (*dat. fin.*) *X R edd.* (*praef. III 1*), -tum *F*, -ti *N* hi (*i. notissimi, Thes. 2723, 38*) ω R^1, *om.* R^3 *edd.* emissici] *praef. III 6* 25 suspendit *se, praef. III 51* 26 et *postpositum, praef. III 90 a*

plicat, ieiunus scilicet semper et indefectus oscitans vescitur, follicans ruminat: de vento cibus. Tamen et chamaeleon mutare totus nec aliud valet; nam cum illi coloris proprietas ⟨n⟩*ulla* sit, ut quid accessit, inde suffunditur. Hoc soli chamaeleonti datum, quod vulgo dictum est 'de corio suo ludere'.

4. Multa dicendum fuit, ut ad hominem praestr*u*ctim perveniretur. Hunc quoquo primordio accipitis, nudus certe et investis figulo suo constitit; post demum sapientiam — hauddum licitum — praereptem potitur, ibidem quod in novo corpore indebitum adhuc pudori erat, protegere festinans ficulneis foliis interim circumdat, dehinc cum de originis loco exterminat — quippe deliquerat —, pellitus orbi ut metallo datur. **5.** Sed arcana ista nec omnium nosse.

Cedo iam de vestro quod Aegyptii narrant, ut Alexander digerit et mater legit *de* tempestate Osiridis, qua ad illum ex Libya Ammon facit ovium dives. Denique cum ipsis Mercurium autumant forte palpati arietis mollitie delectatum delibasse ⟨o⟩veculam, dumque pertemptat ⟨et⟩, quod facilitas materiae suadebat, tractu prosequente filum eliquat, *id* in

---

40 *cf.* Frg. hist. Graec. ed. Mueller II 331. III 244. Aug. civ. 8, 27
41 *cf.* Hygin. astron. 2, 20 p. 61, 21

---

27 et *i. et tamen, praef. III 64* 29 aliud] alius *Salm.* coloris proprietas] *praef. III 108* 30 nulla *v. de Vliet*, una ω*R* ut quid (quod *F*) accessit] *praef. III 113* 32 praestructim R^2, praestrictim ω R^1 35 licitum *S* (*Thörnell III 29*), -am *cett.* praereptem ω (*praef. III 9*), -am *S R Gel. Pam.*, -im *Ruhnken* ibidem *i. statim ut fug. 1, 1* 37 ficulnis *N?* 38 exterminat *i. -atur, praef. III 51* 40 ut *N*, et *cett.* 41 mater ω*SR*, Afer R^3 *Gel. Pam.* de *Marcilius*, ea ω*SR* 42 facit *sc. iter i. venit, Thes. 122, 5. Hartel, Patrist. Stud. IV 25* denique *i. enim, Thes. 533, 52* cum *i. apud, praef. III 56* 43 delibasse *N*, dilabasse *FX* R^1, depilasse R^2, diglubasse R^3 *Gel. Pam.*, deglubasse *Oehler* 44 oveculam R^3 (*praef. III 13*), veculan(dumque) ω*S* R^1, oviculam R^2 ⟨et⟩ *Salm.* 45 eliquasse R^3 *Gel. Pam.* id *Kr.*, et ω*SR* (*om. F*)

retis pristini modum, quem philyrae taen*iis* iunxerat, ⟨n⟩exisse. S⟨ed⟩ vos omnem lanicii dispensationem structuramque telarum Minervae maluistis, cum penes Arachnen diligentior officina.

6. Exinde materia: nec de ovilibus dico Milesis et Selgicis et Altinis aut quis Tarentum vel Baetica cluet natura colorante, sed quoniam et arbusta vestiunt *et* lini herbida post virorem lavacro nivescunt. Nec fuit satis tunicam pangere et serere, ni etiam piscari vestitum contigisset; nam et de mari vellera, quae muscosae lanositatis p⟨rae⟩lautiores conchae comant. Prorsus haud latet bombycem — vermiculi genus est —, quae per aerem [a]liquando araneorum horoscopis idonius distendit, dehinc devorat, mox a*l*vo reddere; proinde, si necaveris, animata iam stamin⟨a⟩ evolves.

7. Tantam igitur paraturam materiarum ingenia quoque vestificinae prosecuta, primum tegendo homini, qua necessitas praecessit, dehinc et ornando, immo et inflando, qua ambitio successit, varias indumentorum formas promulgavere. Quarum pars gentilitus inhabitantur, ceteris incommunes, pars vero passivitus, omnibus utiles, ut hoc pallium; etsi Graecum

---

56 *cf.* Plin. nat. 11, 75

---

46 retis *NS*, tecis *F*, lectis *X*, tetis R1, restis *Salm.* quem *S*, quam *cett.* philyrae taeniis *Oehler*, ph. tenus ω*SR*1, philyra tenui *R*3 *Gel. Pam.* iunxerat ω*SR*1, vinxerat *R*3 *Gel Pam.* ⟨n⟩exisse *Kr.*, exisse ω*SR*1, texuisse *R*3 *Gel. Pam.* 47 sed vos *R*1 *mg*, suos ω 48 Minervae *sc. esse, Thes. VIII 202, 30* 50 exinde *i. ex eo tempore. Kr.* ovilibus ω*R* (*SB 47*), ovibus *edd.* Milesis] *praef. III 6* 52 et *alt. R*3, de ω*R*1.2 post virorem] *praef. III 88* 53 et] aut *N* 55 quae *acc. obi. inter., cf. Val. Fl. 5, 370* nox luciferas crinita faces praelautiores *scripsi*, plautiores *NXSR*1.2, planciores *F*, lautiores *R*3 *edd.* 57 quae *acc. neutr. plur.* liquando *Salm.*, eliquando *Oehler* 58 idonius *compar.* (*Thes. 229, 49*) *ut carn. 7, 10* necessarius alvo *R*2, a quo ω*SR*1, aeque *R*3 *Gel. Pam.* proinde *NXS Pam.*, perinde *FR Gel.* 59 iam *i. ergo, praef. III 68. 103a* stamina *R*2 *Turnebus, Salm.*, -e ω*R*1 evolves *Turnebus*, volves ω*SR* (*sed cf. praef. III 106*) 63 promulgare *N*1 64 inhabitantur *i. in usu sunt, Thes. 1587, 13*

magis, sed lingua iam penes Latium est: cum voce vestis intravit. **8.** Atque adeo ipse, qui Graecos praeter urbem censebat, litteras eorum vocemque senex iam eruditus [id est Cato] iuridicinae suae in tempore humerum exertus haud minus palliato, habitu Graecis favit.

4, 1. Quid nunc, si e⟨s⟩t Romanitas omni salus, nec honestis tamen modis ad Graios estis? Aut, ni ita est, unde gentium in provinciis melius exercitis, quas natura agro potius eluctando commodavit, studia palaestrae male senescentia et cassum laborantia et lutea unctio et pulverea volutatio, arida saginatio? unde apud aliquos Numidas etiam equis caesariatos iuxta cutem tonsor et cultri[x] vertex solus immunis? unde apud hirtos et hirsutos tam rapax a culo resina, tam furax a mento volsella? Prodigium est haec sine pallio fieri: illius est et haec tota res Asiae. Quid tibi, Libya et Europa, cum xusticis munditiis, quas vestire non nosti? Revera enim, quale est Graecatim depilari magis quam amiciri?

---

66 Latium *i. Romanos pristinae aetatis. Kr.* 67 praeter (*i. extra ut pudic. 16, 20* p. sollicitudinem degere)] *praef. III 97* 68 id est C. *del. Gerlo*, i. (=*id est*) C. *N*, idem C. *FX* 69 iure- *N* 70 palliato *sc. homine; cf. 4, 7* Tyrium. *Kr.*

4, 1 omnis *Kr.* nec *i. non, praef. III 75* 2 modis ad (*praef. III 54b*) Graios *Salm.*, m. ad gratos *NS*, admodis gratis *FX R*1, admodum grati *R*2, a. Graeci *R*3 *Gel. Pam.* aut ni *Salm.*, aut ne ω *SR*1, anne *R*2 *Pam.*, at non *R*3 *Gel.* 3 exercitis *R*3 *edd.* (*i. cultis; habitatis? cf. Thes. 1372, 24*), -us *cett.* 4 *inhoneste inveterata et inutilia* 6 et arida *R*3 *edd., sed v. praef. III 86b* 7 equis caesariatos (-eat- *FX*) *i. iubis equinis comatos. Oehler* (*in galea. Geffcken*) iuxta cutem tonsor *sc. operatur, praef. III 97* 8 a culo *Salm.* (*comm. p. 270; cf. Clem. Alex. paedag. 2, 3. Kr. Cf. Gerlo, comm. p. 102*), a talo ω *R*1.2, ab ala *R*3 *Gel. Pam.* 9 vel sella ω *R*1, *corr. R*2 haec] hoc *N* *prodigium est vos non palliatos facere, quae palliatorum sc. Graecorum propria sunt. Salm.* 10 est et *F*, et *cett.* Asiae *del. v. d. Vliet, Gerlo* 11 xusticis ω *S* (ex- *N*), *praef. III 13*, xyst- *Salm.*, rusticis *R*1.2, exoticis *R*3 *Gel. Pam.* vestire] *praef. III 51* 12 grecatum *N* depilari *Salm.*, depelari *NS*, depalari *FX R Gel. Pam.* (-ll-)

2. Habitum transferre ita demum cul⟨p⟩ae prope est, si non consuetudo, sed natura mutetur. Sat refert inter honorem temporis et religionem dei: ⟨debet⟩ consuetudo fidem tempori, natura deo. Naturam itaque concussit Larissaeus heros in virginem mutando, ille ferarum medullis educatus — unde et nominis concilium, quandoquidem labis vacuerat ab uberum gustu —, ille apud rupicem et silvicolem et monstrum eruditorem scrupea schola eruditus. Feras, si in puero matri sollicitudinem patiens: certe iam ustriculus, certe iam virum alicui clanculus functus adhuc sustinet stolam fundere, comam struere, cutem fingere, speculum consulere, col⟨l⟩um demulcere, aurem quoque foratu effeminatus, quod illi apud Sigeum stro⟨n⟩gyla servat! Plane postea[m] miles est; necessitas enim reddidit sexum. De proelio sonuerat nec arma longe: *Ipsum*, inquit, *ferrum virum attrahit.* Ceterum si post incentivum quoque puellam perseverasset, potuit et nubere. Ecce itaque mutatio monstrum et quidem geminum, de viro femina, mox de femina vir, quando neque veritas negari debuisset neque fallacia confiteri; uterque habitus mutandi malus, alter adversus naturam, alter contra salutem.

4. 28 *cf.* Hom. Od. 16, 294. 19, 13

14 culpae *Salm.*, cultus R^3 *Gel. Pam.* prope est] probrum est R^3 *Gel. Pam.* 15 refert *i. differt, praef. III 123* 16 dei ⟨debet⟩ *Iun.*, det *Salm.* 18 mutando] *praef. III 51* 19 concilium *Scal.* (*i. compositio, Thes. 45, 43*), consilium ω *S R* labis (*praef. III 6*) vacuerat (*praef. III 11*) *i. labia non habuerat* (ἀ-χειλής) ab ... gustu] *praef. III 53* 20 silvicolem ω (*praef. III 9*), -am *R* monstrum] *praef. III 107* 21 si in puero] *praef. III 96* matri] *praef. III 19* 22 certe *i. 'sed' ut monog. 7, 9* ustriculus *N S R* (*praef. III 13*), hystriculus *Rig. edd.* 23 alicuius *F* R^1 clanculus *Salm.* (*v. ad 1, 1* parae), -os ω R^1, -o R^2 24 colum ω 25 demulcere R^2 *edd.* (*cf. Stat. Ach. 1, 326* colla rigentia mollit. *Gerlo*), demulgere ω R^1 26 stro⟨n⟩gyla *Salm.* (*i. clipeus rotundus imaginem oris Achillis habens. ceterum* στρογγύλην *lexica non norunt*), strogyla *S*, -i- *N*, stagila *F X* $R^{1.2}$, statua R^3 *Gel. Pam.* postea R^2 28 post incentivum] *praef. III 88* 29 puellam ω (*praef. III 77*), -a *R Gel. Pam.* 30 monstrum] *praef. III 107* et quidem *N*, equidem *cett.* 32 habitus *i. modus, Thes. 2485, 56*

3. Turpius adhuc libido virum cultu transfiguravit quam aliqua materna formido, etsi adoratur a vobis, qui erubescendus est, ille scytalosagittipelliger, ⟨il⟩le ⟨q⟩ui totam epitheti[s] sui seriem cum muliebri cultu compensavit. Tantum Lydiae clancularíae licuit, ut Hercules in Omphale et Omphale in Hercule prostitueretur! Ubi Diomedes et cruenta praesepia? ubi Busiris et bustuaria altaria? ubi Geryon ter unus? Cerebris adhuc eorum clava foetere malebat, cum unguentis offenderetur. Vetus iam Hydrae Centaurorumve sanguis in sagittis: pumice spiculi excludebatur insultante luxuria, 'ut post monstra transfixa coronam forsitan suerent.' Ne sobriae mulieris quidem aut viraginis alicuius scapulae sub exuvias bestiae tantae introire potuissent nisi diu mollitas et evigoratas et exodoratas, quod apud Omphalen balsamo aut *t*elino spero factum; credo et iubas pectinem passas, ne cervicem enervem inureret [et] sciria leonina. Hiatus crinibus infersus, genuini inter antias adumbrati: tota oris contumelia mugiret, si posset; Nemea certe, si quis locis genius, ingemebat; tunc enim se circumspexit leonem perdidisse. Qualis ille Hercules in serico Omphales fuerit, iam Omphale in Herculis scorto designata descripsit.

4. Sed et qui a*n*te Tirynthium accesserat pugil Cleoma-

---

34 adhuc] *Thes. 662, 62 Hoppe 110* 35 etsi *N*, quametsi *F X R*¹ (*nusquam alibi legitur*), tametsi *R*² *edd.* (*apud Tert. non legitur*) 36 ille sc. ω, sc. ille *R edd.* ille qui *scripsi* epitheti *R*¹ 37 seriem *Gerlo*, sertem ω, sortem *R edd.* 42 -ve *N* (*i.* 'et' *ut* aut, *Thes. 1575, 72. Löfstedt ad Peregr. 197. cf.* neve), -queve *F*, -que *X R edd.* 43 spiculi *Salm.* (*gen. graec. ut* ἐκκλείειν τινός. *Hoppe 24*), speculi ω *R* 44 sobriae *i. validae; sed testimonia huius notionis desunt* 45 quidem m. *N* 47 exeduratas *Salm.* telino *R*² *edd.*, pelino ω *S R*¹ 49 et ω *R*¹ sciria *F X S*, stiria *N R Gel. Pam.* hiatus *oris* infersus ω *R* (*ut adv. Marc. 3, 10, 1*), -far- *S* 50 oris contumelia] *praef. III 108* 51 locis *scripsi* (*cf. Plin. paneg. 32, 3* amnibus genius *est*), logis ω *R*¹, loci *R*² *edd.* 52 circumspexit *i. intellexit, Thes. 1171, 47* 53 scorto *i. pelle* 55 ante *S edd.* (*i. antea*), arte ω *R Gel. Pam.* accesserat] *praef. III 113*

chus, post Olympiae cum incredibili mutatu de masculo fluxisset, intra cutem caesus et ultra, inter Fullones iam Novianos coronandus meritoque mimographo Lentulo in Catiniensibus commemoratus, uti qui[a] sicut vestigia c⟨a⟩estuum viriis occupavit, ita et endromidis solocem aliqua multicia synthesi extrusit.

5. Physconem et Sardanapallum tacendum est, qui nisi insignes libidinum, alias regis nemo nosset; tacendum autem, ne quid et illi de Caesaribus quibusdam vestris obmussitent pariter propudiosis ne⟨c⟩ cani⟨n⟩ae forte constantiae mandatum sit impuriorem Physcone et molliorem Sardanapallo Caesarem designare et quidem Subneronem.

6. Nec tepidior vis vanae quoque gloriae mutandis induviis, etiam viro salvo. Calor est omnis affectus, verum cum in affectationem flabellatur, iam de incendio gloriae ardor est. Habes igitur ex isto fomite aestuantem magnum regem, sola gloria minorem. Vicerat Medicam gentem et victus est Medica veste: triumphalem cataphracten amolitus in captiva sarabara decessit, pectus squamarum signaculis disculptum textu perlucido tegendo nudavit, anhelum adhuc ab opere belli, [et] ut mollius ventilante, serico extinxit. Non erat satis animi tumens Macedo, ni illum etiam vestis inflatior delectasset; nisi quod et philosophi, puto, ipsi aliquid eiusmodi af-

---

56 Olympia R^3 *Gel. Pam.* incredibile ω R^1 fluxisset *sc. in feminam, Thes. 974, 63. 83* 57 intra *NF*, infra *S*, inter *XR* intra c. c. *i. stuprum passus* 58 mima- ω, *corr.* R^1 *mg* Catiniensibus ω *R* (*praef. III 12*) 59 commemoratus *est, praef. III 94a* uti qui *Kr.*, u. quia *N*, utique *FXR edd.* viriis *Salm.*, virus ω *S* 65 nec (*i. 'neve' ut adv. Marc. 4, 36, 10*) *Kr.* caninae (*i. Cynicae*) *Salm.*, caniae *S*, canae et ω R^1, magnae R^3 *Gel. Pam.* constantiae *dat.* 68 gloriae] *v. ad 5, 7* aleae 72 minorem] *cf. spect. 10, 5* Pompeius Magnus, solo theatro suo minor 73 captiva *i. a se victorum* 74 sarabara] *v. G. N. Knauer, Glotta 33, 1954, 100* decessit (discessit *F*) *i. de veste Macedonica ad Medicam deflexit* disculptum *FR*, discultum *NX* (*fort. recte, v. Leumann, Lat. Lautlehre § 151a*) 75 pectus anhelum extinxit *i. anhelitum pectoris sedavit* 76 [et] *Salm.*

fectant; **7.** audio enim et in purpura philosophatum. Si philosophus in purpura, cur non et in baxa? Tyrium calciari nisi auro minime Graecatum decet. Atquin alius et sericatus et crepidem aeratus incessit: digne quidem, ⟨ut⟩ bacchantibus indumentis aliquid subtinniret, cymbalo incessit. Quodsi iam tunc locorum Diogenes de dolio latraret, non caenulentis pedibus, ut tori Platonici sciunt, ⟨sericum deculcasset⟩, sed omnino totum Empedoclem in adyta Cloacinarum detulisset, ut, qui se caelitem delirarat, sorores prius suas, dehinc homines de*us* salutaret.

8. Tales igitur habitus, qui de natura et modestia transferunt, et acie figere et digito destinare et nutu tradere merito sit. Prorsus si quis Menandrico fluxu delicatam vestem humi protrahat, audiat pone se quod et comicus: *Qualem demens iste chlamydem disperdit!* Enimvero iam dudum censoriae intentionis episcynio disperso, quantum denotatui passivitas offert! libertinos in equestribus, subverbustos in liberalibus, dediticios in ingenuis, rupices in urbanis, scurras in forensibus, paganos in militaribus: vesp*i*llo, leno, lanista tecum vestiuntur.

9. Converte et ad feminas. Habes spectare, quod Caecina Severus graviter senatui impressit, matronas ⟨s⟩ine stola in

---

87 *cf.* Καθαρμῶν προοίμιον (Diels, Frg. d. Vorsokr.⁴ I 264) 92 Com. Rom. Frg.³ ed. Ribbeck, p. 133 (Ex incertis incertorum fabulis)

---

80 baxa *etiam idol. 8, 4. Gloss.* Tyrium *i. hominem purpuratum, cf. 3, 8* palliatum. *Kr.*, Tyria R^3 *Gel. Pam.* calceari *SX*, calciare R^3 *Gel. Pam.*

81 Graecatum decet *Marra*, graecatur d. ω*S*R^1, graecatur. dicet (*aliquis*) *Salm.*, Graecatos d. R^3 *Gel. Pam.* 82 crepidem ω*S* (*Thes. 1168, 59*), -am *R edd.* aeratus *S*R^2 *edd.*, mercatus ωR^1 ⟨ut⟩ R^3 *edd.* 83 subtinniret *i. subter sonaret. SB 107* cymbalo *dat.* 84 latraret] *praef. III 36*

85 *suppl. Kr., sim. alii* 88 deus *Salm.*, deas ω*R* 90 tradere *sc. aliis notandos* merito (*dat., SB 100*) sit] *cf.* meriti est *Thes. 816, 53*

91 prorsus *i. certe* 92 pone *FSR*, pene *X*, penes *N* et *abundat, praef. III 102a* comicus *sc. dicit, praef. III 95* 95 in equestribus *sc. vestibus. Rig.* 97 paganos *i. cives non milites, Thes. VIII 942, 28* vespulo ω tecum] *praef. III 56* 98 habes *i. potes, Thes. 2454, 12* 99 impressit *i. inculcavit, Thes. 683, 24. 684, 10*

publico; denique Lentuli auguri[i]s consul[i]tis, quae ita sese exauctorasset, pro stupro erat poena, quoniam quidem indices custodesque dignitatis habitus ut lenocinii *f*actitandi impedimenta sedulo quaedam desuefecerant. At nunc in semetipsas lenocinando, quo planius adeantur, et stolam et supparum et crepidulum et caliendrum, ipsas quoque iam lecticas ac sellas, quis in publico quoque domestice ac secrete habebantur, eieravere. Sed alius extinguit sua lumina, alius non sua accendit: aspice lupas, popularium libidinum nundinas, ipsas quoque iam f⟨r⟩ictrices, et si praestat oculos abducere ab huiusmodi propudiis occisae in publico castitatis, aspice tamen vel sublimis: iam matronas videbis. **10.** Et cum latrinarum antistes sericum ventilat et immundiorem loco cervicem monilibus consolatur, et armillas, quas ex virorum fortium donis ipsae quoque matronae temere usurpassent, omnium pudendorum conscias manus inserit, impuro crure purum aut m*u*lleolum includit calceum, cur istas non spectas? vel illos item habitus, qui novitatis vestiturae religionem mentiuntur, cum o*b* cultum omnia candidatum et ob notam vittae et privilegium galeri Cereri initiantur, cum ob diversam affectionem tenebricae vestis et ⟨te⟩trici super caput velleris in Bellonae montis fugantur, cum latioris purpurae ambitio et

---

100 *corr. R*2 102 factitandi *R*3, iactitandi ω *R*1.2 106 ac sellas *Kr.*, ad stellas ω *R*1, et sellas *R*2 *edd.* 109 iam ω (*i. denique, praef. III 68*), *om. edd.* frictrices *R Gel. Pam. edd.* 110 huiusm. *N*, eiusm. *cett.* 111 sublimis *sc. oculis. Salm.* 112 latrinarum *i. lupanaris. Oehl.* antistes *fem.* 113 consolatur *i. ornat, Thes. 480, 83* armillas ω *R*1.3 (*Löfstedt, Verm. Stud. 149*), -is *R*2 ex] *praef. III 58* 114 temere *i. libenter, SB 108* 115 crure ... includit calceum ω *R*1 (*praef. III 98*), cruri ... inducit c. *R*3 *edd.* 116 mulleolum *R*3, malleolum ω *R*1.2 istas ω *R Gel.*, -os *Salm.*, -a *Kr.* 117 qui *i. quibus* (*vestitae*), *praef. III 97a. SB 72* novitatis ω *S R*1 (*praef. III 17*), -e *R*3 *Gel. Pam.* vestiture (*dat.*) *S*, vestitur ω, vestitus *R Gel. Pam.* religionem *S R*2 *Gel. Pam.*, -e ω *R*1 mentiuntur *i. praetendunt, cf. Thes. 778, 26* 118 occultum ω *R*1, *corr. R*2 omnia *acc. graec.* 121 in Bellonae montis (*N S, praef. III 2*)] *v. Thes. II 1821, 15. 23.* (*56*)

Galatici ruboris superiectio Saturnum commendat? cum ipsum hoc pallium morosius ordinatum et crepidae Graecatae Graecatum Aesculapio adulantur, quanto tunc magis arguas illud et urgeas oculis etiam simplicis et inaffectatae, tamen superstitionis reum? Enimvero cum hanc primum sapientiam vestit, quae vanissimis superstitionibus renuit, tunc certissime pallium super omnes exuvias et peplos augusta vestis superque omnes apices et *tu*tulos sacerdos suggestus deducit oculos. Suadeo, reverere habitum, unius interim erroris tui renuntiatorem.

5, 1. Tamen inquis: 'Ita ⟨a⟩ togato ad pallium?' Quid enim, si et a diademate et a sceptro? An aliter mutavit Anacharsis, cum regno Scythi[c]ae philosophiam praevertit? Nulla in melius transgressi sint digna: est habitus iste, qui faciat. Prius etiam ad simplicem captatelam eius: nullo taedio constat; adeo nec artificem necesse est, qui pridie rugas ab exordio formet et inde deducat in † tillias † totumque contracti umbonis figmentum custodibus forcipibus assignet, dehinc diluculo tunica prius cingulo correpta, quam praestabat moderatiorem texuisse, recognito rursus umbone et, si quid exorbitavit, reformato quidem partem de laevo promittat

---

122 commendat *i.* (*con*)*celebrat, Thes. 1853, 19* 123 Graecatae *F X R*, -a *N S Gel.*, cretatae *Pam., del. Salm.* Graecatum ω *S*, -tim *R Gel. Pam.* 125 urgeas *N S* R^2, -es R^1 etiam] *praef. III 65 c* 126 hanc sapientiam] *praef. III 83* 128 exuvias *i. indumenta, Thes. 2131, 68* 129 tutulos *Salm.*, titulos ω *R* sacerdos] *praef. III 107* deducit ω *R*, deduc *S edd.*

5. 1 ⟨a⟩ *R edd.* togato ω (*SB 42*), toga *S R* 2 et *prius* ω *R*, *om. edd.* 3 Scythiae R^3 *edd.*, Scithicae ω R^1, Scythico R^2 4 nulla... faciat *i. quamquam nihil illo, qui in melius est mutatus, satis dignum est, hoc tamen pallium illud facit, i. eo dignum est. Kr.* transgressi ω *S* R^1 *edd.*, -is R^2, -us *Gel. Pam.* digna ω R^1 (*c. gen.: Thes. 1147, 30. 1151, 34*), signa *S* R^2 *edd.* qui *scripsi*, quod ω *R* 5 ad captatelam (*Thes. s. v.* capio *319, 71*) eius] *praef. III 95* 6 adeo] *praef. III 70* 7 in tillias *F*, in tillius *N X* R^1, in tilias R^3 *Gel. Pam.*, in talias (*i. taleas*) *Salm.*, nitidius *Oehler* 10 et R^3, ut ω $R^{1.2}$ 11 quidem partem ω R^1 (*praef. III 91*), p. q. R^2 *edd.*

umero, ambitum vero eius, ex quo sinus nascitur, iam deficientibus tabulis retrahat a scapulis et exclusa dextera in laevum adhuc congerat cum alio pari tabulato in terga devoto atque ita hominem sarcinam vestiat. **2.** Conscientiam denique tuam perrogabo, quid te prius in toga sentias, indutumne an onustum, habere vestem an baiulare. Si negabis, domum consequar, videbo, quid statim a limine properes: nullius profecto alterius indumenti expositio quam togae gratulatur. Calceos nihil dicimus, proprium togae tormentum, immundissimam pedum tutelam, verum et falsam? quem enim non expediat in algore et ardore rigere nudipedem quam in calceo *vinc⟨i⟩pedem*? Magnum incessu munimentum sutrinae Venetiae prospexere perones effeminatos!

3. At enim pallio nihil expeditius, etiam si duplex, quod Cratetis. Moram nusquam vestiendo, *cum* ponitur; quippe tota molitio eius operire est solutim: id uno circumiectu licet, equidem nusquam inhumano: ita omnia hominis simul contegit. Humerum volens exponit vel includit, ceteroquin *li*berum adhaeret, nihil circumfulcit, nihil circumstringit, nihil de tabularum fide laborat, facile sese regit, facile reficit; etiam cum exponitur, nulli cruci in crastinum demandatur.

---

12 umero *N*, vero *F X R*1, *om. R*3 *edd.* 14 laevum (*sc. umerum*) ω *R* 1.2, -am *R*3 *edd.* terga *N S edd.*, -o *F X R Gel. Pam.* devoto *i. destinato, Thes. 882, 81* 15 sarcinam ω *R*1 (*cf. 4, 1* quas vestire. *Hoppe 17 d* α), -a *R*2 *edd.* 19 expositio *i. depositio, Thes. 1773, 65* 20 gratulatur *i. cum gaudio accipitur, Thes. 2255, 76* calceos n. d.? *i. nihilne sunt calcei, de quibus hic dicatur?* 22 rigere *R* (*i. obdurescere. Kr. cf. ad Scap. 3, 2* obduruerunt), rigore ω 23 vincipedem *Salm.*, hunc pedem ω *S R*1, uncip. *R*2 *Pam.*, unguip. *R*3 *Gel.* incessu *F X R*1 (*praef. III 1*), -ui *N R*2 26 moram ω *S R*1 (*praef. III 96*), more *R*3 *Gel. Pam.* cum ponitur *Salm.* (*praef. III 106*), componitur ω *S R* 27 id ω *R*1, id est *R*2 *Gel. Pam.*, id ex *Salm.* 28 et quidem *N* nusquam inhumano, *quia ubique hominem tegit; quasi* οὐδαμοῦ ἀπάνθρωπον. *Kr.* 29 volens ω (*i. prout vult*), vel *Salm.*, velans *R edd.* liberum *Kr.*, uberum ω *R*1, humerum *S R*3 *Gel. Pam.* 31 sese] *praef. III 27* 32 exponitur *i. deponitur, Thes. 1759, 52. 65* cruci *Salm.* (*Thes. 1259, 67*), cruo ω *S*, cevo *R*1, cippo *R*2 *Gel. Pam.* in posterum *S*

Si quid interulae subter est, vacat zonae tormentum; si quid calceatus inducitur, mundissimum opus est; aut pedes nudi magis, certe viriles magis quam in calceis.

4. Haec pro pallio interim, quantum nomine comit⟨i⟩asti; iam vero et de negotio provocat. 'Ego' inquit 'nihil foro, nihil campo, nihil curiae debeo, nihil officia advigilo, nulla rostra praeoccupo, nulla praetoria observo, cancellos non adoro, canales non odoro, subsellia non contundo, iura non conturbo, causas non elatro; non iudico, non milito, non regno: secessi de populo. In me unicum negotium mihi est; nisi aliud non curo, quam ne curem: vit*a* meli*o*re magis in secessu fruare quam in promptu. Sed ignava⟨m⟩ infamabis, scilicet: ‚Patriae et imperio reique vivendum est; errat olim ista sententia: "Nemo alii nascitur moriturus sibi."' Certe cum ad Epicuros et Zenonas ventum est, sapientes vocas totum quietis magisterium, qui eam summae atque unicae voluptatis nomine consec*r*avere.

5. Tamen vel propemodum mihi quoque licebit in publicum prodisse. Soleo de qualibet margine vel ara medicinas moribus dicere, quae facilius publicis rebus et civitatibus et imperiis bonas valitudines conferent quam tuae operae; quippe si pergam ad acuta tecum, plus togae laesere rem publicam

---

34 calceatus *sc. soleae* aut *i. et, Thes. 1575, 72* nudi *sunt, praef. III 94 b* 36 comitiasti *Salm.*, comitasti *codd., def. Geffcken 77*[4] *(Thes. 1810, 68)* 38 nihil *(alt.) i. q. non, praef. III 76* offitia *N (praef. III 79)*, -o *cett.* 39 cancellos non adoro, canales non odoro *hoc ordine codd.*, can. n. o., canc. n. a. *Salm. edd.* 42 mihi est *XR*, nihil est *F, om. N* nisi aliud non SR^1, n. caliud n. *N*, n. taliud n. *FX*, nec aliud nunc R^1 *mg* R^3 *Gel. Pam.* 43 vitae muliere(m) ωR^1, *corr.* R^2 44 ignavam *Salm.* infamabis ωR^1, infamique R^3 *Gel. Pam.* 45 reique ωSR^1, reique publicae R^2 *Gel. Pam.* erat *Salm.* olim *i. iam pridem* 46 certe *i. sed ut 4, 2* 47 magisterium] *praef. III 83* 49 consecravere *Salm.*, conservavere *FR*, -ar̄ *N*, -are *X* 50 *iunge* vel ... mihi quoque, *praef. III 103 a* propemodum *i. prorsus, praef. III 116* 51 prodisse FXR^1 *(praef. III 40)*, prodidisse *N*, prodesse R^2 *de* margine *v. Thes. 394, 19* 52 facilius *NS*, felicius *FXR edd.* 53 vali- ωR^1, vale- *cett.*

quam loricae. Atquin nullis vitiis adulor, nullis veternis parco, nulli impetigini add*ico*: adigo cauterem ambitioni, qua M. Tullius quingentis milibus n*u*mmum orbem citri emit, qua bis tantum Asinius Gallus pro men*s*a eiusdem Mauritaniae numerat — hem, quantis facultatibus aestimavere ligneas maculas! — item qua lances centenarii ponderis Sylla molitur. Vereor sane, ne parva sit ista trutina, cum Drusillianus, equidem servus Claudii, quingenaria⟨m⟩ promulsidem aedificat, suprascriptis fortassean mensis [s]et necessariam, cui si officina exstructa est, debuit et triclinium. **6.** Inmergo aeque scalpellum acerbitat⟨i⟩ ei, qua Vedius Poll⟨i⟩o servos muraenis invadendos obiectabat, nova scilicet saevitia, a! delectatos terrenae bestiae exedentulae et exungu*i*s et excorn*i*s: de piscibus placuit feras cogere, utique statim coquendis, ut in visceribus earum aliquid de servorum suorum corporibus et ipse gustaret. Praecidam gulam, qua Hortensius orator primus pavum cibi causa potuit occidere, qua Aufidius Lurc[h]o primus sagina corpora vitiavit et coactis alimentis in adul-

5. 57 *cf.* Plin. nat. 13, 92 58 *cf.* ibid. 60 et 61 *cf.* Plin. nat. 33, 145 65 *cf.* Plin. nat. 9, 77. Sen. clem. 1, 18, 2 70 et 71 *cf.* Plin. nat. 10, 45. Varro rust. 3, 6, 6

56 nulli i. R^1 *mg*, nullum petigini ω addico *Cast.*, adulor ω*R*, *om. Salm.* 57 nummum R^1 *mg Pam.*, non unum ωR^1 *Gel.* 58 promenda ωR^1, *corr.* R^2 60 Sulla *N* 61 Drusillianus R^3 (*ex Plin.*), *V*, Rusillianus *F*, -ili- *NX*$R^{1.2}$ 62 equidem *F Pam. edd.* (*Thes. 723, 69*), et q. *cett.* 63 mensis et (*i. etiam, vel*) *Marra*, mensisset *F*, mensis *NX* 65 Pullo *codd.* 66 a ω*S*R^1 *Kr.* (*in prosa oratione alias apud Cic. et Varronem, Thes. 1441, 42 et Euseb. Emes. 7, 15 p. 186, 2; 7, 24 p. 191, 23. SB 113*), *om. cett.* delectatos *S*V^1 (*praef. III 52*), -o ω*R*, -us V^2, delectatio *Gel. Pam.*, *Geffcken* (saevitiae) 67 terrenae *i. in terrestribus piscinis procul a mari habitae. Salm., cf. Plin. nat. 9, 57* exedentulae *codd.* (*i. omnino edentulae; cf. resurr. 55, 8* manus ad instar emortuae exsanguis et exalbida *i. valde alba.* 57, 6 *cadaver* frigidum expallidum, edurum *i. summe pallidum et rigidum*), et ed. *Iun., Kapp-Meyer in Thes.* exungues ... excornes ωR^1, *corr.* R^2 68 feras *i. carnivoras, crudeles* 72 adulterium (*i. depravationem, Thes. 883, 46*) ω*S*R^1 *Gel.* (*iungentes* provexit saporem. *SB 116*), adulterinum R^2 *edd.* (*iungentes* provexit corpora)

terium provexit saporem, qua Asinius Celer mulli unius obsonium sex HS detulit, qua Aesopus histrio ex avibus eiusdem pretiositatis ut canoris et loquacibus quibusque centum milium patinam confiscavit, qua filius eius post tale pulpamentum potuit aliquid sumptiosius esurire; margarita namque vel ipso nomine pretiosa dehausit, credo, ne mendicius patre cenasset. **7.** Taceo Nerones et Apicios, Rufos: dabo catharticum impuritati Scauri et aleae Curii et vinulentiae Antonii. Et memento istos interim ex multis togatos fuisse, quales apud pallium haud facile. Has purulentias civitatis quis eliciet et exvaporabit ni sermo palliatus?

6, 1. 'Sermone' inquit 'me suasisti, medicamine sapientissimo.' Verum etsi eloquium quiescat aut infantia subductum aut verecundia retentum — nam et elingua philosophia vita contenta est —, ipse habitus sonat; sic denique auditur philosophus, dum videtur: de occursu meo vitia suffundo: quis non, aemulum suum cum videt, patitur? quis oculis in eum potest, in quem mentibus non potest? Grande

---

73 *cf.* Plin. nat. 9, 67 74 *cf.* Plin. nat. 10, 141 *sq.* 76 *cf.* ibid. et 9, 122 79 *cf.* Suet. Nero 27, 2. Sen. consol. 10, 9. Hor. sat. 2, 2, 49 et Porph. ad l. 80 *cf.* Sen. benef. 4, 31, 3. Tac. ann. 6, 9, 4. Ascon. tog. cand. p. 72, 11 St.

---

74 sex HS R^2, sexis ωR^1 detulit *sc. domum i. emit, Thes. 316, 21* 76 patinam confiscavit *i. lancem replevit, Lommatzsch in Thes. IV 226, 18; id quod in patina affertur, congessit. Kr.* 77 sumptiosius ω, *praef. III 13. SB 9* esui ore ω 78 ipso nomine *sc. unionum* 79 patre cenasset *FXR edd.*, patrocinasset *NS* Rufos ωR^1 (*praef. III 86b*), et R. R^2 *edd.* 80 aleae *i. cupiditati alea ludendi* (*cf. Suet. Aug. 71* aleae rumorem; *Claud. 5* a. infamiam) *ut 4, 6* gloriae *i. cupiditatis gloriae; anim. 1, 2* gloriae animal, *Thes. 2085, 15* venulentiae *codd.* 82 *post* togatos fuisse *ex 6, 3 verba* plane ... producitur *huc transp. Kr.* 83 exvaporabit ωR (*cf. Thes. 1002, 33*), exsuppurabit *Salm. edd.*

6. 2 infantia *i. imperitia fandi, Thes. 1349, 82* 4 sonat *i. loquitur* 5 de] *praef. III 57* 6 suffundo R^1 *mg*, sui f. ωR^1 aemulum *i. adversarium ut fug. 2, 2*

pallii beneficium est, sub cuius recogitatu improbi mores vel erubescunt.

2. Viderit nunc philosophia, quid prosit; nec enim sola mecum est: habeo et alias artes in publico utiles: de meo vestiuntur et primus informator litterarum et primus enodator vocis et primus numerorum harenarius et grammaticus et rhetor et sophista et medicus et poeta et qui musicam pulsat et qui stellarem coniectat et qui volaticam spectat; omnis liberalitas studiorum quatuor meis angulis tegitur.'

3. Plane, post Romanos equites.

'Verum et accendonis et omnis gladiatorum ignominia togata producitur. Haec nimirum indignitas erit "a toga ad pallium".'

4. Sed ista pallium loquitur; at ego iam illi etiam divinae sectae ac disciplinae commercium confero. Gaude, pallium, et exsulta! Melior iam te philosophia dignata est, ex quo Christianum vestire coepisti.

---

6. 22 *cf.* Matth. 5, 12 (χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε), Thes. VI 2, 1710, 46 *sqq.*

---

8 vel *i. saltem erubescunt, si non corriguntur* 12 enodator *N S edd.*, edonator *F X R*1, edomator *R*2 *Gel. Pam.* 13 numerorum harenarius *i. magister in harena abaci computare docens. Kr.* 15 stellarem *sc. artem* 17 plane ... producitur *in c. 5, 7 post* togatos fuisse *transp. Kr.*, post *esse i. q. 'postea' dicens et* 'equites *fuisse' subaudiens; 'sic plane est: vestis omnes, sed Romanis equitibus inferiores' de la Cerda* 18 accendonis ω *R*1, -es *S*, cerdones *R*3 *Gel. Pam.* ignominia] *praef. III 108* 19 indignitas *i. foedum factum, cf. Thes. 1183, 45* erit (*praef. III 41*)] erat *N* 22 ac *R*3 *edd.*, ad ω *R*1.2 Tertulliani de pallio explicit *N*, Explicit liber de pallio *F*

CORRIGENDA

De monog. 3, 2 l. 12—13 ⟨ergo malum est contingere;⟩ nihil enim bono contrarium nisi malum: *supplementum Gelenii est superfluum*, enim *est i. q. 'autem', Thes. 589, 65. 590, 26.*

De pallio 3, 3 l. 30 cum illi coloris proprietas ⟨n⟩*ulla* sit, ut quid accessit, inde suffunditur: *coniectura* nulla *pro* una *non est opus, nam* cum *est concessivum*: *'quamquam proprium colorem unum tantum habet, tamen colores rerum, quibus insedit, imitatur'.*

ADDENDUM

De pall. 3, 3 quod minutioribus multo licet (*i.* liquet): *v. etiam adnot. ad De paenit. 6, 6 l. 28.*

DE PAENITENTIA

EDIDIT

PHILIPPVS BORLEFFS

PRAEFATIO II

Tertulliani De paenitentia libellum nunc quartum edituri — tres enim eiusdem libelli editiones antehac iam promulgavimus[1]) — pauca habemus quae de ratione novae editionis lectorem praemonitum velimus. Nam cum in prioribus editionibus aut nullas aut eas modo codicum lectiones adnotavissemus quae aliquod operae pretium adferre videbantur, nunc textui apparatum quam copiosissimum subiecimus, ut lector ipse plene perspicere possit quibus itineribus hic Septimii libellus ad nostram pervenerit aetatem, et inter varias librorum lectiones, quae sibi placeant, libere eligat vel editoris in eligendo arbitrium aut probet aut reiciat.

Huius libelli codices in quattuor classes dividi possunt, quarum primam unus Trecensis ille liber (*T*) constituit longe optimus de quo adi Kroymannum in praefatione voluminis LXX pp. VI *sqq.*[2]). In quo tamen tertia fere libelli pars omnino non legitur: post verba enim capitis 8, 8 *si patrem repetas vel offensum* statim sequuntur 12, 9 *facile possum super illa tacere* et reliqua usque ad finem libelli. Quae cum in eadem pagina, nullo lacunae indicio apparente, prioribus iuncta sint, hanc textus iacturam non ipsius *T* scribae esse imputandam sed ipsum exemplar de quo *T* descriptus est amissis aliquot foliis idem iam tulisse damnum satis est manifestum. Idem exemplar praeter eam lacunam multis locis situ aut madore ita corrosum erat ut scriba codicis *T*, quid praeberet, perspicere non valens, etsi litterarum evanidarum

[1]) Unam scilicet in ephemeride quae Mnemosyne vocatur, vol. LX (1932) pp. 256 *sqq.*, verborum indice copiosissimo adiecto, alteram vero quae Hagae Comitis apud societatem editricem D. A. Daamen anno 1948 prodiit, cui librorum De patientia et De baptismo novam recensionem praemisimus, tertiam in CCL I Turnholti apud Brepols 1954 pp. 319—340.

[2]) *Cf.* etiam Mnemos. LX (1932) pp. 43 *sqq.*

ductum quam fidelissime sequi conatus est, verba saepe nullum omnino sensum praebentia vel verborum portenta effingere cogeretur, quorum exempla et alibi enumeravimus[3]) et apparatus praesentis editionis adfatim monstrabit[4]). Sed ubicumque codex *T* archetypum integrum servavit, tanta eius praestantia esse videtur, ut principem inter omnes locum obtinere eum vix est quod dubites. Quod cum alibi uberius iam verbis executi simus[5]), pluribus exemplis demonstrare hoc loco supersedemus. Huius codicis imaginem lucis ope depictam quam multis ante annis conficiendam curavimus, diligenter identidem contulimus.

Secunda aeque codicum classe unus tantum liber continetur, quem olim ignotum paucis abhinc annis in lucem protraxit vir cl. Gösta Claesson Upsaliensis. Is enim cum anno 1946 in Italia peregrinaretur, in bibliotheca Vaticana veterem catalogum manu scriptum invenit, in quo scriptum erat in codice Ottoboniano latino 25 nonnulla etiam 'de spectaculis' legi; quod cum ei Tertullianum in memoriam revocasset, codice illo diligentius inspecto inter excerpta ex variis scriptoribus Christianis revera invenit fragmenta quoque ex aliquot Tertulliani operibus desumpta. Haec omnia vir ille doctissimus per litteras nobiscum communicavit, qui etiam pro sua in nos benevolentia imagines phototypicas eorum codicis foliorum quibus fragmenta librorum De patientia et De paenitentia continentur dono nobis mittere non dubitavit[6]). Imagines eas identidem summa nos diligentia examinasse et contulisse consentaneum est.

---

[3]) Mnemos. l. c. p. 58.

[4]) Haec Mesnartio causa fuit, quamquam ipsum *T* noverat, cum magnam nostri libelli partem ab hoc codice abesse animadvertisset eiusque quae supererat partis textum gravibus laborare corruptelis, ne praeter Rhenani editionem tertiam in hoc libello edendo Trecensem quoque codicem auxilio vocaret.

[5]) Op. laud. pp. 74 *sqq.*

[6]) Cui hoc quoque loco gratias quam maximas publice agimus.

Liber hic Ottobonianus — quem contegit russeum operculum auro et sigillo Pii IX P. M. exornatum — est formae oblongae, membranaceus; continet autem 2 folia ex alio codice desumpta quorum paginae iam vix legi possunt et 261 folia incolumi inscripta litteratura; singulae paginae 210 mm. longae, 142 latae sunt, singulis columnis 32 linearum exaratae: ex litterarum forma conicias codicem in Gallia scriptum fuisse, saeculo fere XIV^{o}. Est autem codex miscellaneus: inter excerpta enim ex diversis operibus scriptorum ecclesiasticorum — Petri scilicet Comestoris, Venerabilis Hildeberti, Lactantii, Cypriani — in foliis 241^{v} — 255^{r} fragmenta quoque exhibet ex quattuor Tertulliani scriptis desumpta quae ibi hoc ordine leguntur: *De pudicitia*, *De paenitentia*, *De patientia*, *De spectaculis*. Auctoris nomen nusquam additum est, nisi quod libello *De spectaculis* manus recentior (XVII^{i} vel XVIII^{i} saeculi) in margine adscripsit haec: *Est excerptum ex Tertull. de Spect.*

Novus hic liber — quem siglo *O* insigniri voluimus — quam felici eventu in lucem sit protractus, iam inde apparet quod hic solus partem saltem quandam libelli *De pudicitia* nobis conservavit, cuius antehac nullus codex manu scriptus extabat. In textu quoque libelli *De patientia* fragmentum exhibet eius partis capitis 13^{i} quae in ceteris codicibus manu scriptis desideratur. Quod etsi brevissimum est[7]) et ad ipsum textum constituendum nihil prorsus idoneum confert, tamen demonstrat exemplar perditum de quo descriptum est fragmentum illud pleniorem praebuisse textum quam ceteros codices qui antehac innotuerant.

Sed et ipsae quas *O* fert lectiones satis ostendunt eum ex bonae notae exemplari esse descriptum: certe in libello *De paenitentia* saepe cum *T* facit adversus ceterorum codicum consensum, quo praestantia eius fit manifesta; in illa rursus

---

[7]) Servata enim sunt haec verba cap. 13, 5 *sq.* (20, 18—23 *Kr.*): *Iam si altiores — denique proeliatur.*

huius libelli parte ubi *T* deficit, nisi quid obstabit, *O* sequi debebimus ut qui non semel veram lectionem unus nobis conservarit. Quod et praesens editio monstrare poterit et proxime in ephemeride quae Vigiliae Christianae inscribitur plurimis adlatis exemplis confirmavimus[7b]).

Singula fragmenta qui ex exemplari excerpsit ita coniungere conatus est ut textum continuum praeberent; quae sicubi minus cohaerere videbantur, auctoris verba leviter mutare vel pauca quae ipse excogitavit verba binis fragmentis intertexere non dubitavit ita ut oratio sine salebris nullo hiatu profluere posset[8]). Quae ipsius verba ad textum auctoris emendandum vel supplendum nihil proficere manifestum est.

Leguntur autem in codice nostro ex libello *De paenitentia* fragmenta haec (foll. 244^{v} — 248^{v}):

I cap. 4, 5: *De bono penitencie — materia est*[9]).
II „ 1,1 — 2,2: *Penitenciam hoc — hominis saluti.*
III „ 2,5 — 2,6: *Non tacet — superventuro spuī paret.*
IV „ 2,7: *haec penitencie causa haec opera.*
V „ 2, 11: *Quantulum — remunerator est cause.*
VI „ 2, 13 — 2, 14: *Porro — negligatur.*
VII „ 3, 3 — 3, 4: *Prestringere — discernat.*
VIII „ 3, 6: *An tu discernas — suscitentur.*
IX „ 3, 11: *Quid quod voluntas facti origo est?*
X „ 3, 12: *Cum ergo — suum fuerat.*
XI „ 3, 15 — 4, 3: *Vanissimum — protelabit.*
XII „ 4, 5 — 4, 8: *De bono penitencie — custodire debemus.*
XIII „ 5, 7 — 5, 13: *Non leviter — numquam fidelis.*
XIV „ 6, 10 — 6, 12: *Sed deus thesauro — invitus facit.*

7b) Un nouveau manuscrit de Tert., Vig. Chr., V (1951) pp. 65—79.

8) Exempla habes in hoc libello cap. 7, 3, ubi *O* praebet *Sed absit*, cum ceteri *absit* habeant, vel 12, 9 ubi in *O* legimus *Ego vero nulli rei nisi paenitentiae natus*, in ceteris vero *nec ulli rei nisi cett.*

9) Quae quidem verba nihilominus suo loco paucis omissis iterantur.

XV cap. 7, 3 — 7, 4: *Sed absit ut — non habebit.*
XVI „ 7, 5: *Plerique naufragio — mari dicunt.*
XVII „ 7, 5: *Bona certe — semel didicerunt.*
XVIII „ 7, 7 — 7, 10: *Sed et pervicacissimus — patefaciat.*
XIX „ 7, 11 — 9, 5: *habes quod — haec omnia exomologesis.*
XX „ 9, 6 — 10, 2: *Cum igitur — reformari.*
XXI „ 10, 7 — 10, 8: *Grande plane — palam solvi.*
XXII „ 10, 10 — 11, 2: *Miserum est secari — condecet.*
XXIII „ 11, 4 — 12, 1: *Sed illos qui ambitus — extinguet.*
XXIV „ 12, 2 — 12, 3: *Sed quid illum thesaurum — ignis intrinsecus fervet.*
XXV „ 12, 4 — 12, 6: *Quis haec supplicia — illos oculare.*
XXVI „ 12, 7 — 12, 8: *Exomologesim sciens — abiecerat.*
XXVII „ 7, 1: *Hucusque — audientibus vel nichil.*
XXVIII „ 12, 9: *Ego vero nulli rei nisi — non tacet.*

Quae ratio intercedat inter librum Ottobonianum ceterosque codices manu scriptos vel quibus affine fuerit exemplar de quo ille descriptus sit, pro certo diiudicare non facile videtur. Archetypum illud optimae notae fuisse quo factum esse ut *O* non solum cum Trecensi illo — qui et ipse optimo codicum generi adiudicandus videtur — contra ceterorum consensum librorum saepe congruat, sed etiam haud semel veram lectionem unus servaverit, supra iam memoravimus. An vero cum Trecensi vel eius archetypo artius coniunctus sit, valde dubitari potest. Nam, si pro vero sumimus — quod etsi certis argumentis demonstrari nequit, tamen veri videtur simillimum — fragmenta quattuor illorum operum quae in *O* leguntur ex uno eodemque descripta esse exemplari, quattuor illi libelli non modo in *T*, sed in nullo alio codice simul coniuncti leguntur neque umquam legebantur in aliis codicibus qui hodie non comparent. Sane vetustissimum Tertulliani codicem, Agobardinum dicimus librum, tria horum scripta olim continuisse indiculus codici praemissus

ostendit, sed libellus *De pudicitia* in eo numquam habebatur[10]). In eis codicibus quibus praeter editionem Rhenani tertiam Mesnartius et Gelenius usi sunt — nisi cum aliis credere mavis eos codices revera unum eundemque fuisse[11]) — libelli *De spectaculis* et *De pudicitia* habebantur, sed ceteri duo ibi non comparebant. Scimus praeterea ipso Gelenio auctore codicem illum ex Britannia a Ioanne Lelando in continentem terram fuisse translatum, multo post tempore profecto quam Ottobonianus in Gallia scriptus est. Itaque satis certum videtur archetypum libri *O* a Britannico illo codice diversum fuisse, etsi fortasse quadam cum eo adfinitate coniunctus erat[12]). Iidem *De spectaculis* et *De pudicitia* libri duobus ceteris omissis olim in codice Ioannis Clementis Angli (*C*) extabant, cuius lectiones Pamelius in editione sua aliquoties adtulit[13]), in codicibus vero eius quam Cluniacensem recensionem Kroymann vocavit — Hirsaugiensi videlicet, Montispessulano cett. — eidem libri numquam fuerunt[14]).

---

[10]) Praeterea in libello *De spectaculis* libris *A* et *O* atque editione Mesnartiana (*B*) comparatis facile apparet *O* potius cum *B* facere quam cum *A*. Sic initio libelli cap. 1, 2 (1, 8 R W) *A* habet: *¸volupta¸tium vim*, *O* vero: *vis voluptatis*, cum *B* praebeat: *vis voluptatum*. Et paulo post (1, 10 R W), cum in *A* legatur: *Ad utrumque adhuc* et *B* habeat: *aut utrumque*. *Adhuc*, *O* praebet: *aut utrumque adhuc*. Adnotari oportet in editione huius libelli quam curavit A. Boulanger (Parisiis 1933) apparatum criticum his locis, ut alibi quoque, nimia laborare tenuitate.

[11]) Quod satis certis argumentis evicit G. F. Diercks in praefatione editioni suae libelli De oratione (Bussum 1947) praemissa pp. XVII—XXII.

[12]) Certe in libro *De spectaculis* *O* magis cum *B* quam cum *A* congruere supra iam memoravimus. Quid quod et Gelenii lectiones hic illic confirmat? Ita libri *De pudicitia* cap. 22, 3 (271, 25 R W) verba *in axe iam*, quae in *B* desiderantur, a Gelenio addita sunt: *O* et ipse eo loco praebet *in axiam*. Eiusdem libri cap. 22, 13 (273, 9) vocabulum *an*, quod post *voluntarius* legitur, a Gelenio suppletum est; quod iure eum fecisse hodie ex codice *O* apparet. Plura profecto exempla praebebit editio libelli *De pudicitia* quae ab ipso codicis *O* repertore praeparatur.

[13]) *Cf.* Kroymann in praefatione vol. LXX p. XIX.

[14]) *Cf.* Kroymann in praefatione vol. XXXXVII p. VII adn. 3.

Vides igitur quattuor haec scripta quorum excerpta in codice *O* leguntur nusquam alibi in uno codice coniuncta inveniri. Itaque si recte coniecimus excerpta illa ex uno eodemque exemplari esse descripta, veri simile videtur novum aliquot Tertulliani scriptorum corpus vel novi corporis vestigia in eis nos habere, quod quidem corpus aliunde ignotum erat. Id fieri posse et alii fortasse codices docent et ille inprimis Trecensis in quo quinque Tertulliani scripta inveniuntur quae aeque nusquam alibi coniuncta habentur[15]).

De tertiae classis codicibus unus hodie superstes est Florentinus Magliabechianus VI 9 (*N*), quem Kroymann olim non sine quadam specie veritatis suspicatus est[16]) descriptum esse de codicis Montepessulani parte nunc deperdita. Hunc librum, ubicumque Trecensis et Ottobonianus deficiunt, imprimis sequi deberemus, nisi vitiis et erroribus partim casu partim culpa vel licentia librarii in textum introductis plenus esset; certe ordinem verborum qui a ceteris libris in *N* saepe differt nusquam retinebimus[17]). Huius codicis collatione a Kroymanno olim confecta in praeparanda editione usi sumus. Eiusdem classis fuit et codex Gorziensis (*G*), cuius collatione Rhenanus ad tertiam editionem suam adornandam

---

Econtra libelli *De patientia* et *De paenitentia* libris ab archetypo Cluniacensi oriundis continentur.

[15]) Cum ab una parte libelli *De spectaculis* et *De pudicitia* in Masburensi et in *C* coniuncti olim fuerint, ab altera parte libelli *De patientia* et *De paenitentia* in *N* et in eis libris qui ab Hirsaugiensi originem ducunt, dubitare fortasse licet, an ea quae in *O* leguntur excerpta ex duobus codicibus descripta sint. At in *A* tres horum libellos olim fuisse coniunctos supra cognovimus. Cur ergo non in archetypo libri *O* quattuor haec scripta una coniuncta haberi potuerunt? Praeterea adnotandum est quattuor haec scripta in *O* eo ordine inveniri qui ei opinioni refragari videatur qua duo fuisse codicis *O* archetypa modo statuimus. In *O* enim *De pudicitia* et *De spectaculis* libelli duobus ceteris interpositis a se diiuncti habentur.

[16]) In praefatione voluminis XXXXVII pp. XXI *sq.*

[17]) *Cf.* quae exempla adtulimus Mnemos. LX (1932) pp. 49 *sq.*

se usum esse testatur[18]) et Divionensis ille liber fortasse, cuius lectiones Rigaltius hic illic in notis adtulit. Nam cum de hoc codice tam pauca pro certo sciamus ut quae ratio inter eum ceterosque Tertulliani codices intercedat statuere difficillimum sit, tamen nescio an suspicari liceat eum huic classi adfinem fuisse eo quod in nostri libelli cap. 10, 4 *tu hos* praebebat ut *N* quoque, adversus ceteros libros qui *tuos* habent, deinde quod in libello De patientia 3, 3 (3, 15 Kr.) *absolutam* praeferebat, quod non longe distat a lectionibus codicum *M* (*absolutem*) et *P* (*absolute*) et *N* (*absolitam*), cum ceteri *ob salutem* praebeant. Similiter De corona 1 (9 Kr.) liber Divionensis *continuo* habebat ut *N G* adversus ceteros qui *co(m)minus* praebent et Adv. Hermog. 22 (151, 3 Kr.) *existimare* cum *N*, cum ceteri *aestimare* habeant.

Quartae denique classis codices omnes pendent ab uno exemplari Hirsaugiensi nunc deperdito, quod Beatus Rhenanus in editione prima (1521) typis exprimendum curavit. Horum primum obtinet locum codex Luxemburgensis 75 (*X*) ut qui de ipso Hirsaugiensi saeculo XV in Germania sit descriptus[19]). Hunc librum vere anni 1947 ipsi contulimus Lugduni Batavorum quo ad usum nostrum ex bibliotheca publica Luxemburgensi perlatus erat. Reliquos huius classis qui extant codices in Italia scriptos esse omnes et originem ducere ab exemplari quodam Pforzhinensi hodie deperdito quod ipsum de Hirsaugiensi illo aeque amisso descriptum erat, Kroymann satis firmis olim demonstravit argumentis[20]). Ex quorum numero, quamvis perparvi sint pretii, trium librorum variantes lectiones adtulimus, Florentini scilicet Magliabechiani VI 10 (*F*) et Leydensis (*L*) atque Neapolitani (*V*)[21]).

---

[18]) Vide Kroymann op. l. p. XXI et vol. LXX p. XXXVI.

[19]) Quod demonstravimus Mnemos. ser. III vol. II (1935) pp. 229 *sqq.*; *cf.* Kroymann CSEL vol. LXX p. XXXV.

[20]) 'Die Tert.-Überlieferung in Italien' in Actis Acad. Caes. Vindob. tom. CXXXVII (1898).

[21]) Hic liber qui olim Vindobonae habebatur, hodie Neapoli in biblio-

Nam ceteri quidem codices Italicae originis, uno *N* excepto de quo supra egimus, ex ipso *F* aut ex apographo eius transcripti sunt omnes[22]), *L* vero et *V* per apographon amissum ad eundem quo *F* Pforzhinensem redeunt[23]). Libri igitur *FLV* coniuncti Pforzhinensem amissum repraesentant, qui rursus una cum *X* et editione prima Rhenani (R^1) Hirsaugiensem deperditum nobis reddit. Codicum *F* et *V* collationibus a Kroymanno confectis usi sumus, *L* vero ipsi Lugduni Batavorum contulimus.

Philippus Borleffs.

---

theca publica adservatur, quo post bellum mundiale prius perlatus est (Neapolitanus lat. 55). Qui cum in prioribus huius editionis tomis siglo *V* insignitus esset, in hoc volumine, lectoris commodo consulentes, eodem siglo signari voluimus.

[22]) *Cf.* Kroymann op. l. et CSEL vol. XXXXVII p. XXV.

[23]) *Cf.* Kroymann in Actis Acad. Caes. Vindob. CXXXVIII (1898) p. 32 et stemma codicum ab illo propositum CSEL vol. LXX p. XXXVI.

CONSPECTVS SIGLORVM

T	= Codex Trecensis 523 saec. XII.
Tmg	= margo libri Trecensis.
O	= codex Vaticanus Ottobonianus 25 saec. XIV.
N	= codex Florentinus Magliabechianus VI 9 saec. XV.
G	= codex Gorziensis deperditus.
X	= codex Luxemburgensis 75 saec. XV.
R	= editionum Rhenani consensus.
R^1 R^2 R^3	= editio Rhenani prima, altera, tertia.
R^1 *mg*	= margo primae Rhenani.
F	= codex Florentinus Magliabechianus VI 10 saec. XV.
L	= codex Leidensis lat. 2 saec. XV
L^1	= quae in eodem libro a prima manu aut scripta aut mutata sunt.
V	= codex Vindobonensis 4194, nunc Neapolitanus lat. 55 saec. XV.
V^1 V^2 *Vmg*	= quae in eodem libro a prima vel altera manu aut in margine correcta sunt.
Brf.	= Borleffs.
Gel.	= Gelenius.
Iun.	= Iunius.
Krm.	= Kroymann.
Lat.	= Latinius.
Pam.	= Pamelius.
Rig.	= Rigaltius.
Scal.	= Scaliger.
Urs.	= Ursinus.
†	crux locum indicat corruptum necdum sanatum.

** asterisci in adnotatione critica rasuram indicant, ita ut singuli asterisci singulas litteras erasas significent.

Paciani loci afferuntur ex editione Henrici Peyrot (Zwollae 1896), nisi quod libello qui vulgo *Paraenesis* inscribitur suum titulum, *De paenitentibus* videlicet, reddidimus.

DE PAENITENTIA

1, 1. Paenitentiam hoc genus homines quod et ipsi retro fuimus, caeci sine domini lumine, natura tenus norunt passionem animi quandam esse quae obveniat de offensa sententiae prioris. **2.** Ceterum a ratione eius tantum absunt quantum ab ipso rationis auctore. Quippe res dei ratio quia deus omnium conditor nihil non ratione providit disposuit ordinavit nihilque non ratione tractari intellegique voluit. **3.** Igitur ignorantes quique deum rem quoque eius ignorent necesse est quia nullius omnino thesaurus extraneis patet. Itaque universam vitae conversationem sine gubernaculo rationis transfretantes inminentem saeculo procellam evitare non norunt. **4.** Quam autem in paenitentiae actu inrationabiliter

---

1. 3 *cf.* Ps. 145, 8; Es. 42, 6; 49, 6; Matth. 9, 27—30

---

1. 1 Incipit depenitentia *T*, INCIPIT DE PENITENTIA *N*, Q. Septimij Florentis Tertuliani Incipit Liber de penitentia *X*, INCIPIT LIB̄ EIUSDĒ DE PENITENTIA *F*, e iusdem de poenitentia Liber incipit *L*. Incipit liber eiusdem de paenitentia *V* 2 penitentiam *NRXV*, p(o)enitentium *FLV*^{2}, *om. T*, De bono penitencie enumerando diffusa et propter hoc magno eloquio committenda materia est (= *cap. 5, 1*) Penitenciam *O* homines *TO*, hominum *NRXFLV* quod *usque ad* tenus *om. O* 3 Cc̨ci *T*; *cf. Vigiliae Christ. II (1948) p. 199, 55* 4 animae esse quandam *O* obveniat *ex* abveniat *T*, veniat *ONRXFLV* 5 prioris *TONR*^{2}, peioris *R*^{1}*XFLV* a *om. T* 5 *sq.* absunt quantum *om. O, sed relicto spatio* 6 res dei ratio] respondet *T* 7 deus *om. T* 8 ni(c)hilque *ON*, Nichil enim *T*, nihil quod *XFLV*, nihil *R* tractans *T*, tractavit (*sed* vit *exp., suprascr.* ri *eadem m.*) *O* intellegique *ONRFV*, instituit; sicut *T*, intellegi quod *XL* 9 ignorantes *usque ad* ignorent] iusticiam suiq; deo dignerē quide ei' semiterent *T* 10 nullius *T*, nullus *ONRXFLV* 11 Ita *O* conversionem *LV* 12 transferentes *T*, transfertantes *X* evitare *TO*, vitare *NRXFLV* 13 quam (*ex* que *T?*) *TONRXV*^{2}, qua *F*, quae *LV* inrationaliter *N*

deversentur, vel uno isto satis erit expedire cum illam etiam in bonis factis suis adhibent. Paenitet fidei amoris simplicitatis liberalitatis patientiae misericordiae: **5.** prout quid in ingratiam cecidit, semetipsos execrantur quia benefecerint, eamque maxime paenitentiae speciem quae optimis operibus inrogatur in corde figunt meminisse curantes ne quid boni rursus praestent. Contra paenitentiae malorum levius incubant: denique facilius per eandem delinquunt quam per eandem recte faciunt.

2, 1. Quodsi dei ac per hoc rationis quoque compotes agerent, merita primo paenitentiae expenderent nec umquam eam ad augmentum perversae emendationis adhiberent; modum denique paenitendi temperarent quia et delinquendi tenerent, timentes dominum scilicet. **2.** Sed ubi metus nullus, emendatio proinde nulla; ubi emendatio nulla, paenitentia necessario vana, quia caret fructu suo cui eam deus seuit, id

---

2. 7 *cf.* II Cor. 7, 10

---

14 deversentur *O Pam.*, diversentur *T N R T F L V* 15 bonis *T O R*, nobis *N X F L V* exhibent adhibent (*sed* exhibent *exp.*) *N* 16 liberalitatis *O*, libertatis *T*, *om. N R X F L V* patientiae] paenitenciae *T* misericordiae] *aliter distinxit Brf.; vulgo* prout — cecidit *cum prioribus coniungunt* quid] quis *O* 16 *sq.* in ingratiam *T R*^{3}, in gratiam *O N R*^{2} *X F L V* 17 edit cecidit (*sed* edit *del.*) *X* semetipsos execrantur *T O N R*, Siiret ipsos execuntur *X*, serviret ipsos execuntur *F*, servire ipsos execuntur *L V* benefecerunt *L V* 18 maximie *T* (e *in ras.*) paenitentiae *T O N G R*^{2}, patientiae *R*^{1} *X F L* V 19 boni] non *T* 20 penitentiae (ae *del.*, ā *suprascr. T*), malorum *T O N Ciacconius*, penitentiam malorum *G R*^{3}, patientiae malum *R*^{1} *X F L V* incumbant *T L V*^{1} 21 eandem] eam *O* 22 eandem] eam *Urs*

2. 1 rationis quoque *T R X F L V*, quoque rationis *N*, rationis *O* 3 ea *X* ad *om. T* augmentum *T N R F*, augmentam *X*, augumentum *L V*, strumentum *O*, argumentum *V mg*, *Urs* 4 digniq; (*pro* denique; i *alterum exp.*, *suprascr.* e) *T* tempora enī (*pro* temperarent) *T* 5 timendi *O*, *sed* tes *suprascr. eadem manus* deum scilicet *O*, scilicet dominum *N* 7 necessaria *O* varia *T* qui (*pro* quia) *O* etiam (*pro* eam) *N* seuit] censuit *O* 7 *sq.* id est] idēm *T*, id *O*

est hominis salute. **3.** Nam deus post tot ac tanta delicta humanae temeritatis a principe generis Adam auspicata, post damnatum hominem cum saeculi dote, post eiectum paradiso mortique subiectum, cum rursus ad suam misericordiam maturuisset, iam inde in semetipso paenitentiam dedicavit, rescissa sententia irarum pristinarum ignoscere pactus operi et imagini suae. **4.** Itaque et populum sibi congregavit et multis bonitatis suae largitionibus fovit et ingratissimum totiens expertus, ad paenitentiam semper hortatus ei praedicandae universorum prophetarum emisit ora: mox gratiam pollicitus quam in extremitatibus temporum per spiritum suum universo orbi inluminaturus esset, praeire intinctionem paenitentiae iussit, si, quos per gratiam vocaret ad promissionem semini Abraham destinatam, per paenitentiae subsignationem ante conponeret. **5.** Non tacet Iohannes paenitentiam initote dicens: iam enim salus nationibus adpropinquabat, dominus scilicet adferens secundum dei pro-

10 *cf.* Gen. 3, 17. 23 13 *cf.* Gen. 9, 8—11 14 *cf.* Gen. 1, 26 18 *ad rem cf.* Ioel 3, 1—2, *ad verba* I Petr. 1, 20 19 *cf.* Marc. 1, 4. Act. 2, 38 21 *cf.* Gal. 3, 16 23 Matth. 3, 2

8 salute *Brf.*, salutem *T*, saluti *ONRXFLV*. *post* saluti *desinit O* deus (*post* nam) *om. N* post**|***tanta *T* 9 adam *RXFLV*, ad *T*, humani *N*; *cf. De anima 20 (333, 18); 43 (371, 27); De exh. cast. 2 (31)* 10 dampnatum *T*, condemnatum *NRXFLV*; *sensus est: 'postquam hominem cum saeculi dote damnavit', i. e. 'postquam et hominem damnavit et saeculum, quod is dotis nomine acceperat', cf. Gen. 3, 17* cum *supra versum add. T* iectum *T* 11 cum *NRXFLV*, sūmat *T* ad *om. T* 12 maturuisset, iam *Brf.*, maturius; s; etiam *T*, maturavisset, iam *NRXFLV* 13 rescissa *R*, rescissa* *T*, recis(s)a *NXFLV* 14 imaginis (*sed* s *semiras.*) *T* 16 *sq.* ei praedicandae (*i. e. 'ad paenitentiam praedicandam'*) *Brf.*, ei praedicandę *T*, est et prophetando *NRXFLV* 19 intinctionem paenitentiae, *cf. De bapt. 10 (209, 28), De pudic. 10 (240, 21)* 20 iussit *m. 2 in ras. T* si *NR*¹*XFLV*, ut *R*³*T* (*m. 2 in ras., fuit* si) 21 per penitentiam sub significatione (-ne *ex* -nē) *T* 22 ante conponeret *TNGR*³, anteponeret *R*¹*XFLV* . Non] *hic redit O* 24 appropinquabat *O*, adpropinquabit *ex* -bat *T*, appropinquabit *NRXFLV* secundum dei promissum, *i. e. 'spiritum sanctum'* (*Rauschen*)

missum. **6.** Cui praeministram paenitentiam destinarat purgandis mentibus praepositam, uti, quidquid error vetus inquinasset, quidquid in corde hominis ignorantia contaminasset, id paenitentia averrens et eradens et foras abiciens mundam pectoris domum superventuro spiritui sancto paret quo se ille cum caelestibus bonis libens inferat.

7. Horum bonorum unus est titulus, salus hominis criminum pristinorum abolitione praemissa; haec paenitentiae causa, haec opera, negotium divinae misericordiae curans, quod homini proficit, deo servit. **8.** Ceterum ratio eius, quam cognito domino discimus, certam formam tenet, ne bonis umquam factis cogitatisve quasi violenta aliqua manus iniciatur. **9.** Deus enim reprobationem bonorum ratam non habet utpote suorum: quorum cum auctor et defensor sit, necesse est proinde et acceptator; si acceptator, etiam remunerator. **10.** Viderit ergo ingratia hominum, si etiam bonis factis paenitentiam cogit; viderit et gratia, si captatio eius ad benefaciendum incitamento est: terrena et mortalis utraque. **11.** Quantulum enim conpendii, si grato benefeceris, vel dis-

29 *cf.* Matth. 12, 44

25 praeministram *ex* -nt *T*, praeministram *O*, praeministrant *N X F L V*, praeministrans *R* destinarat *Brf.*, destinam (*sed del.*) distinarat *T*, destinaret *O*, destinabat *N R X F L V* purgandis] rogandis *T* 26 uti *T R X F*, ut *O N*, utique *L V* quid qui aut error *T* quidquid *usque ad* contaminasset *om. N* 28 id] ita per *O* paenitentiam *O*, paenitentia* *ex* -am *T* averrens *Iun.*, avertens *T O R*1 *X F L V*, advertens *N*, verrens *R*3 *vulgo* eradens *O*, radens *T R*1 *mg*, tradens *N R X F L V*1, trahens *V*2 foris *X F L V* 28 *sq.* mundam *T O N R X F*, nudam *L V* 29 superaventura *T* sancto *om. O* paret] pararet *N*; *post* paret *desinit O* 32 permissam; hęc pacientię cause *T* haec (*priore loco*)] *hic redit O, qui post* opera *deficit* 33 *aliter distinxit Krm.; vulgo post* curans *graviter interpungunt* 34 ceterorum *T* 35 bonis *V*2 *Lat.*, nobis *T N R X F*, vobis *L V*1 36 violenta *Urs.*, violentia *T R X F L V*, inolentia *N* 37 perprobationem *T* habet *T Rig.*, habens *N R X F L V* 39 acceptor (*priore loco*) *T* 40 etiam] eam *T* 42 incitamento *R X F L V*, citamento *T*, incitamentum *N* et *T*, *om. N R X F L V* 43 Quantulum] *hic redit O* enim *om. O* conpendii est *O* grato] grā *T*

pendii, si ingrato? Bonum factum deum habet debitorem, sicuti et malum, quia iudex omnis remunerator est causae. **12.** At cum iudex deus iustitiae carissimae sibi exigendae tuendaeque praesideat et in eam omnem summam disciplinae suae sanciat, dubitandum est, sicut in universis actibus nostris, ita in paenitentiae quoque causa iustitiam deo praestandam esse? Quod quidem ita impleri licebit, si peccatis solummodo adhibeatur. **13.** Porro peccatum nisi malum factum dici non meretur nec quisquam benefaciendo delinquit. **14.** Quodsi non delinquit, cur paenitentiam invadit delinquentium privatum? Cur malitiae officium bonitati suae inponit? Ita evenit ut, cum aliquid ubi non oportet adhibeatur, illic ubi oportet neglegatur.

3, 1. Quorum ergo paenitentia iusta et debita videatur, id est quae delicto deputanda sint, locus quidem expostulat denotare, sed otiosum videri potest. **2.** Domino enim cognito ultro spiritus a suo auctore respectus emergit ad notitiam veritatis et admissus ad dominica praecepta ex ipsis statim eruditur id peccato deputandum, a quo deus arceat: quoniam, cum deum grande quid boni constet esse, utique bono nisi

---

45 sicut *O* *post* causae *desinit O* 46 deus *supra vs. add. m. 1 N* exigendae] eligendę *N*, *sed corr. m. 1*, exigenda. & u*ndiq;* *T* 47 summam omnem *N* 48 suae *TNGR*^{3}, *om.* *R*^{1}*XFLV* dubitandum] ubi standū *T*, dubitandum non *V*^{2} in universis] inungueris *T* 49 iustitiam praedicandam deo esse *T* 51 Porro] *redit O* peccatum dici (*sed* dici *del.*) *T* 52 nec] ne *O* deliquit *O* (*bis*) 53 paenitentiam] potentiam *X* invadit *om. O* 53 *sq.* delinquentium privatum? cur *T Rig.*, delinquentium? privatum cur *R*, privatim *O* 54 malicie sue *O* bonitatis *T* imponitur *XFLV* 55 evenit] invenit *XFLV* adhibeatur *TO*, abhibetur *NRXFLV* 56 non oportet *T* neglegatur] *hic desinit O*

3. 2 delicito *T* sint *T*, sit *V* 3 denaturę *T* otiosi *T* 4 ultro sciret. usa suo *T* 4 *sq.* ad notitiam veritatis *TRXFLV*, ad suam veritatem (*sed corr. m. 1*) *N* 5 ipsis *m. 2 in ras. ut videtur T* 6 peccati *FL*, peccatum *V* 7 cum deum *NRXF*, eum *T*, cum domini *LV*^{1}, cum dominum *V*^{2} boni constet] bonum censet *LV* bono] bonum *X* 7 *sq.* nisi malum] nisimilum *T*

malum non displiceret, quod inter contraria sibi nulla amicitia est. **3.** Praestringere tamen non pigebit delictorum quaedam esse carnalia, id est corporalia, quaedam vero spiritalia — nam cum ex hac duplicis substantiae congregatione confectus homo sit, non aliunde delinquit quam unde constat —; **4.** sed non eo inter se differunt, quod corpus et spiritus duo sunt, atquin eo magis paria sunt, quia duo unum efficiunt, ne quis pro diversitate materiarum peccata earum discernat ut alterum altero levius aut gravius existimet. **5.** Siquidem et caro et spiritus dei res, alia manu eius expressa, alia adflatu [eius] consummata; cum ergo ex pari ad dominum pertineant, quodcumque eorum deliquerit ex pari dominum offendit. **6.** An tu discernas actus carnis et spiritus, quorum et in vita et in morte et in resurrectione tantum communionis atque consortii est, ut pariter tunc aut in vitam aut in iudicium suscitentur, quia scilicet pariter aut deliquerint aut innocenter egerint?

7. Hoc eo praemisimus ut non minorem alteri quam utrique parti, si quid deliquerit, paenitentiae necessitatem intellegamus inpendere; communis reatus amborum est, communis et iudex, deus scilicet: communis igitur et paenitentiae

---

3. 17 *cf.* Gen. 2, 7

---

8 sibi] nisi *T* 9 Prestringere *O*, *qui ab hoc verbo denuo incipit*, prostringere *T*, perstringam *F*, perstringere *N L V vulgo* 10 spiritalia *T R*, spiritualia *O N X F L V* 11 *parenthesin indic. Krm.* ac *T* duplici *T O N* constantie *O* 13 intra *F L V* 14 alioquin *R* 15 earum *T O N R X F L V*, eorum *Pam.* (*mendose*), *vulgo* discernas *O*, *qui in hoc verbo finit* 17 aliam *T* 18 eius *om. T X*, *cf. Scorp. 6* (*158, 1*) cum *om. T* parj* *T* 18 *sq.* pertinent (*ex* pertineāt?) *T* 20 offenderit *N* An] *hic redit O* 21 *sq.* comunitionis *T* 22 aut in vitam aut *om. T*, et in vitam aut *X* 22 *sq.* ad iudicium *T* suscitentur] *hic finit O* 23 aut *om. T* deliquerint (de *a m. 2*) *T* 24 aut innocentes *Rig.*, agnoscenter *T* 25 praemisimus *T*, praemiserimus *N R X F L V* minore *N X L* 26 uterque *L V*1, utique *X* 27 intelligamus *T R ubique* inpede ḡ cōmunis *T* 28 iudex deus scilicet *R X F L V*, iudeus scilicet *T*, iudex scilicet deus *N*

medella. **8.** Exinde spiritalia et corporalia nominantur, quod delictum omne aut agitur aut cogitatur, ut corporale sit quod in facto est quia factum ut corpus et videri et contingi habet, spiritale vero quod in animo est quia ut spiritus neque videtur neque tenetur. **9.** Per quod ostenditur non facti solum, verum et voluntatis delicta vitanda et paenitentia purganda esse. Neque enim, si mediocritas humana facti solummodo iudicat quia voluntatis latebris par non est, idcirco [etiam] crimina eius etiam sub deo neglegamus. **10.** Deus in omnia sufficit; nihil a conspectu eius remotum unde omnino delinquitur; quia non ignorat, nec omittit quominus in iudicium decernat: dissimulator et praevaricator perspicaciae suae non est! **11.** Quid quod voluntas facti origo est? Viderint enim, si qua casui aut necessitati aut ignorantiae inputantur, quibus exceptis iam non nisi voluntate delinquitur. **12.** Cum ergo facti origo sit, non tanto potior ad poenam est quanto principalis ad culpam? Qua ne tunc quidem liberatur cum aliqua difficultas perpetrationem eius intercipit: ipsa enim sibi inputatur nec excusari poterit per illam perficiendi infelicitatem, operata quod suum fuerat. **13.** Denique dominus

---

29 mede*la *T*, medela *NRXFLV* 30 ut *ante* corporale *om. T* 30 *sq.* quod in facto est quia factum] in ṣạḷṭṭ̣ *T* 31 contigi (*sed* n *s. u. add. eadem m.*) *T* 32 quiaut (*distinxit al. m.*) *T*, quia *NRXFLV* 34 delicta (*ex* deiecta) ut*tanta (*ultimum* t *ex* d) pęnitentię *T* 35 facti ('*delicta*' *scil.*) *Lat.*, factis *TNRXFLV*, de factis V^2 *Preuschen*, e factis *Leopold* solummodo *T*, solum *NRXFLV* 36 etiam crimina *T*, crimina *NRXFLV* 39 non *om. T* Ne^{c} cōmitit *T* nec *est pro* '*etiam non*' 41 quid quod *O* (*qui hic redit*) *NRXFLV*, quia quod (quod *exp.*) *T* Viderint *usque ad* delinquitur *om. O* 42 inputantur] inmi^{t} tantur (*in ras.?*) *T* 44 facti *om. T* sit *TO*, est *NRXFLV* nū *ex* n̄ (*a m. 2*) *T* tanto *ex* tantu *O* 44 *sq.* principalior *V mg* 45 *post* culpam *interrogationis signum posuit Brf. cum T, post* intercipit *vulgo* Qua *Brf.*, quae *TNRXFLV*, Q*O ne^{c} (*sed* c *add. m. 2*) *T* 47 inputatur] excusatur *T* excusare *X* poterit] potest *O* 48 fuerat] *hic desinit O*

quemadmodum se adiectionem legi superstruere demonstrat nisi et voluntatis interdicendo delicta? Cum adulterum non eum solum definit qui comminus in alienum matrimonium cecidisset, verum etiam illum qui adspectus concupiscentia contaminasset. **14.** Adeo quod prohibetur administrare, satis periculose animus sibi repraesentat et temere per voluntatem expungit effectum. Cuius voluntatis cum vis tanta sit ut nos solatio sui saturans pro facto cedat, pro facto ergo plectetur. **15.** Vanissimum est dicere: 'volui nec tamen feci'; atquin perficere debes quia vis, aut nec velle quia nec perficis. **16.** Sed ipse conscientiae tuae confessionem pronuntias, nam si bonum concupisceres, perficere gestisses; porro si ut malum non perficis, nec concupiscere debueras: quaqua te constitueris, crimini adstringeris qua aut malum volueris aut bonum non adinpleveris!

4, 1. Omnibus ergo delictis seu carne seu spiritu, seu facto seu voluntate commissis qui poenam per iudicium destinavit, idem et veniam per paenitentiam spopondit dicens ad po-

---

49 *cf.* Matth. 5, 17 51 *cf.* Matth. 5, 27—28

---

49 se *om. N* legi *TN Rig.*, legis *RFLV*, laudis legis (*sed* laudis *del.*) *X* 50 intercidendo *L* adulterium *F*, ad ultimum R^1 50 *sq.* eum non *N* 52 incidisset (*corr. al. m.*) *L* aspectu concupiscentiã *T* 53 prohiberetur *T* 54 praesentat *N* 55 sit, cur nos R^3 55 *sq.* nos solatio *T*, non solatium *NRXFLV* 56 saturans pro facto cedat pro facto *NR XFLV*, saturarjt*; ꝑfecto (jt *in ras. a m. 2*) *T* cedatur *X* 57 Vanissimum] *hic redit O* volui nec tamen *ONRXFLV*, volujḭt̩ non (j *add. m. 2*) *T* Ad quid *X*, atqui nec V^2 58 debet *LV*, debueras *O* aut *TOR*, ut *N*, *om. XFLV* perficis] perfecisse *O* 59 Sed *om. O* confessionem *O*, confessione *TNRXFLV* 60 concupisses *O* gestisses] cessisset *T* si ut *TO*, sicut *NRXFLV* 61 quaqua te *Lat.*, *Rig.*, quate *TO*, qua te qua *N*, quaque te *RXFLV* 62 converteris (*pro* constitueris) *Lat.* crimini *T*, crimine *NRXFLV* crimini adstringeris *om. O* adstringeris *est tempus futurum* qua *T*, quia *ONRXFLV* 63 impleveris *O*

4. 1 facta *T* 3 idem] ideo *O*

pulum: paenitere et salvum faciam te. **2.** Et rursus: vivo, inquit, dicit dominus et paenitentiam malo quam mortem. Ergo paenitentia vita est, quae praeponitur morti. Eam tu peccator, mei similis — immo me minor: ego enim praestantiam in delictis meam agnosco — ita invade, ita amplexare ut naufragus alicuius tabulae fidem. **3.** Haec te peccatorum fluctibus mersum prolevabit et in portum divinae clementiae protelabit. Rape occasionem inopinatae felicitatis, ut ille tu nihil quondam penes dominum nisi stilla situlae et areae pulvis et vasculum figuli arbor exinde fias, illa arbor quae penes aquas seritur et in foliis perennat et tempore suo fructus agit, quae non ignem, non securem videbit. **4.** Paeniteat errorum reperta veritate, paeniteat amasse quae deus non amat, quando ne nos quidem ipsi servulis nostris ea, quibus offendimur, nosse permittimus: obsequî enim ratio in similitudine animorum constituta est.

---

4. 4 Ez. 18, 32 5 Ez. 33, 11 8 *cf.* I Tim. 1, 15 12 *cf.* Es. 40, 15 13 *cf.* Os. 13, 3 *cf.* Hier. 18, 6. 19, 11; Rom. 9, 21 14 *cf.* Ps. 1, 3 15 *cf.* Matth. 3, 10

---

4 salvifaciam *O* rursus *TO*, iterum *NRXFLV*; *cf. Mnemosyne 60 (1932) p. 85* 5 inquit dicit dominus *N*, inquit dominus *TORX*, inquit deus *FLV* et paenitentiam *NRXFV*, aḍ penitentiam *T*, ut paenitentiam *L*, Penitentiam *O* 6 quę *ex* quē *T*, cum *ONRXFLV* 6 *sq.* eā appn̄hende tu pecca|tor (*sed praeter* eā *et* tor *omnia a m. 2, in rasura partim, partim extra paginam*) *T* 7 miror *LV*, *sed* n *suprascr. al. m. in L* erṣo *T* 8 invado *T* amplexor *T*, amplexabere *O* 9 naufragiis *XFLV*^{1} te] et *O* 10 prolevabit *RX*, prolevavit *TN*, prolavavit *F*, perlavabit *LV* et *usque ad* protelabit *om. N* et *om. T* portus *TO*, *sed in T* s *exp.* 11 protelavit *T*; *in hac voce desinit O* tu *TR*^{3} *V*^{2}, te *NR*^{1}*XFLV* 12 dominum *T*, deum *NFLV*, *quamquam cf. De praescr. haer. 8 (20)* nisi *TNR*^{2}, nihil *RXFLV* 13 figuli] fidei *N* arbos inde *T* illa arbor *Brf.*, illa arbos *T*, illa *NRFLV*, ille *X* 14 foltis quas seritur perennat *T* perennat] praemiat *LV* et *ante* tempore *om. T* 15 non *ante* ignem *om. T* igne *T* secure *T*, securim *R*^{2}, *at cf. Adv. Marc. I 29 (331, 28)* 17 eaṃ *T* 18 nosse] non odisse *R*^{3} *vulgo; cf. De cultu fem. I 1 (29) et Mnemosyne 60 (1932) p. 84* obsequî *Brf.*, obsequij (*sed* j *add. m. 2*) *T*, obsequii *NRX FLV*

5. De bono paenitentiae enumerando diffusa et per hoc magno eloquio committenda materia est: nos vero pro nostris angustiis unum inculcamus, bonum atque optimum esse quod deus praecipit. **6.** Audaciam existimo de bono divini praecepti disputare; neque enim quia bonum est, idcirco auscultare debemus, sed quia deus praecepit: ad exhibitionem obsequî prior est maiestas divinae potestatis, prior est auctoritas imperantis quam utilitas servientis. **7.** 'Bonum est paenitere an non?' Quid revolvis? deus praecepit! Atenim ille non praecipit tantum, sed etiam hortatur; invitat praemio: salute; iurans etiam, vivo dicens cupit credi sibi. **8.** O beatos nos quorum causa deus iurat; o miserrimos si nec iuranti domino credimus! Quod iterum deus tantopere conmendat, quod etiam humano more sub deieratione testatur, summa utique gravitate et adgredi et custodire debemus, ut in adseveratione

---

30 Ez. 33, 11

---

20 De bono] *hic redit O; verba quae sunt* De bono *usque ad* materia est *in O bis leguntur* (*f. 244v et 245v*) *nisi quod altero loco illud* et — committenda *deest* penitentia est. numerando *T*, poenitentiae enim merendo *L V* diffusa ẹsṭ et (*sed* e *et* t *exp., ut fiat* set) *T* pro hoc *L V Jun.*, propter hoc *O* 23 praecipit *X R*1 *mg F L V*, praecepit *T N R*, praecipit. Iam nunc cum quid deus praecipit *O; nota clausulam* 24 bonus *T* auscultare *N* 25 praecepit *T R V*, praecipit *O N X F L* obsequî *Brf.*, obsequij (j *add. m. 2*) *T*, obsequii *O N R X F*, praecepti *L V Preuschen* 26 *post* potestatis *nescio an nonnulla exciderint: possis* potestatis ⟨quam infirmitas humanae mediocritatis⟩ *vel similia* 27 et bonum *L V* 28 an non] annum *F L V*, anuō (*ut videtur*) *X* quid revolvit *T O*, *sed in T prius* i *exp.*, *suprascr.* o, *item* re *exp., ut sit* quod voluit deus precepit *T*, deus praecipit *O N R X F L V* ille *om. O* 28 *sq.* non precepit *T* 29 et invitat *O* salute *N Rig.*, salutem *T O R X F L V*, salutis *Ciacconius* 30 Iuravit *O* sibi] his *X* O] proh *O bis* nos *om. R*1 31 domino] deo *O* 32 iterum *T O*, igitur *N R X F L V* 33 humano more *O N R X F L V*, humana opere *T; cf. Ad nat. II 9, 16* (*112, 17*) 34 gnavitate *Jun.* debemus] jubem' (j *ex* i, b *ex* u *a m. 2*) *T; hic desinit O* aut in adversationē *T*

divinae gratiae permanentes in fructu quoque eius et emolumento proinde perseverare possimus.

5, 1. Hoc enim dico, paenitentiam, quae per dei gratiam ostensa et indicta nobis in gratiam nos domino revocat, semel cognitam atque susceptam numquam posthac iteratione delicti resignari oportere. **2.** Iam quidem nullum ignorantiae praetextum patrocinatur tibi, quod domino adgnito praeceptisque eius admissis, denique paenitentia delictorum functus, rursus te in delicta restituis. **3.** Ita in quantum ab ignorantia segregaris, in tantum contumaciae adglutinaris; nam si idcirco te deliquisse paenituerat quia dominum coeperas timere, cur quod metus gratia gessisti rescindere maluisti nisi quia metuere desisti? **4.** Neque enim timorem alia res quam contumacia subvertit. Cum autem etiam ignorantes dominum nulla exceptio tueatur a poena, quia deum in aperto constitutum et vel ex ipsis caelestibus bonis conprehensibilem ignorari non licet, quanto cognitum despici periculosum est? **5.** Despicit porro qui, bonorum ac malorum intellectum ab

---

5. 14 *cf.* Ps. 18, 2. Rom. 1, 19—20

---

35 permanentis *F*, p̄cauentes (p̄ *ex* p, u *in ras. a m. 2*) *T* et pro emolumento *X*

5. 1 perseverantiam penitentiam (*sed* perseverantiam *exp.*) *N* 2 dnī *ex* dn̄s *T*, domini *Preuschen*[1] 3 post∗ac *T* 4 designari *T* opportere *N*, oporteri *X* 5 patrocinatur tibi *T*, tibi patrocinatur *NRXFLV* adgnito *Brf.*, adignoto *T*, agnito *NRFLV*, agnitio *X* 6 eis *X* admisis *T* paenitentiā *T*, *fortasse recte* 7 fuctus (ct *a m. 2, suprascr. aliqua litt. semiras.*) *T* rursus et in *T* restituis *TR*[2], restitues *R*[1]*XFLV*, restituens *N* ita in *TNR*, iam ita in *FLV*, *om. X* ab *T*, *om. NRXFLV* 8 segregatis *FLV* (*corr. V*[2]) in tantum — adglutinaris *om. FLV* 9 dereliquisse *T* 10 metus — maluisti *NRXFLV*, ueṣtus grę gessis ṣitere scinderes (*al. m. ultima verba ita distinxit:* gessisti te rescinderes) *T* 11 desistis *LV*[1] 12 cō∗∗∗tu∗∗matia *T* autem *T*, *om. NRXFLV* 13 a poena *TR*[3], ad poenam *NR*[1]*XFLV* apertae (*sed* o *suprascr. al. m., ut videtur*) *T* 14 nobis (*pro* bonis) *Krm.* 15 quantum *X* periculorum (*sed* s *s. u. add. eadem m.*) *T*, periculosius *V*[2]

illo consecutus, quod intellegit fugiendum quodque iam fugit resumens intellectui suo id est dei dono contumeliam facit: respuit datorem, cum datum deserit; negat beneficium, cum beneficum non honorat! **6.** Quemadmodum ei potest placere cuius munus sibi displicet? Ita in dominum non modo contumax sed etiam ingratus apparet.

7. Ceterum non leviter in dominum peccat qui, cum aemulo eius diabolo paenitentia sua renuntiasset et hoc nomine illum domino subiecisset, rursus eundum regressu suo erigit et exultationem eius semetipsum facit, ut denuo malus recuperata praeda sua adversus dominum gaudeat. **8.** Nonne — quod dicere quoque periculosum est, sed ad aedificationem proferendum [est] — diabolum domino praepones? Conparationem enim videtur egisse, qui utrumque cognoverit, et iudicato pronuntiasse eum meliorem, cuius se rursus esse maluerit! **9.** Ita qui per delictorum paenitentiam instituerat domino satisfacere, diabolo per aliam paenitentiae paenitentiam satisfaciet eritque tanto magis perosus deo quanto aemulo eius acceptus.

---

17 intelligit quoq; fugiendū. n̄ fugit; renuens intellectui (n̄ *in ras. a m. 2*) *T*
19 beneficium *TNRXFLV*, beneficum *Jun. vulgo praeter Preuschen*[1]
20 beneficum R^3 *Preuschen*[1]: benefic*um *T*, beneficium NR^1XFLV quemadmodum] *sensus est: 'quomodo ipse deus placere potest ei cui dei munus displicet?'* 21 ịn̄ domino *T* 22 ingratọs *T* 23 Non leviter] *hic redit O* non *om. T* deum *O* 24 sua *TO, om. NRXFLV* 26 semetipsum *TO*, seipsum *NRXFLV* 26 *sq.* ut—gaudeat *om. O* 29 proferendum *TO*R^3, praeferendum NR^1XFLV est *om. O, del. Brf.* 29 *sq.* praepones *T* (*sed* es *ex* i), *O*, praeponit *NXLV* 30 qui *ut utrumque *T*; *fortasse* quia utrumque 31 et *ONRXFLV*, ex (*sed in ras. a m. 2*) *T*; *cf. Adv. Marc. II 12* (*352, 4*), *IV 29* (*522, 19*), *Gell. XIV 1, 2* 32 se rursus *ONRXFLV*, seruū *T*; *an* se rursum? itaq; per *T* 32 *sq.* paenitentiam instituerat—paenitentiae *om. T* 33 *sq. ad* paenitentiae paenitentiam *cf. Plin. Ep. VII 10, 3, Ambros. De paenit. II 9, 86, Salv. De gub. V 53 sq.* 34 satisfaciet *TO*R^3, satisfaciat NR^1XFLV erit et *X* operosus dnō (ō *in ras. a m. 2*) *T*

10. Sed aiunt quidam satis dominum habere, si corde et animo suscipiatur, licet actu minus fiat; itaque se salvo metu et fide peccare, hoc est salva castitate matrimonia violare, salva pietate parenti venenum temperare. **11.** Sic ergo et ipsi salva venia in gehennam detrudentur, dum salvo metu peccant. **12.** Pro mirum exemplum perversitatis: quia timent delinquunt; opinor non delinquerent, si non timerent! **13.** Igitur qui deum nolet offensum, nec revereatur omnino, si timor offendendi patrocinium est! Sed ista ingenia de semine hypocritarum pullulare consuerunt, quorum individua cum diabolo amicitia est, quorum paenitentia numquam fidelis.

6, 1. Quidquid ergo mediocritas nostra ad paenitentiam semel capessendam et perpetuo continendam suggerere conata est, omnes quidem debitos domino spectat ut omnes salutis in promerendo deo petitores, sed praecipue novitiolis istis inminet, qui cum maxime incipiunt divinis sermonibus aures rigare quique ut catuli infantiae adhuc recentis necdum perfectis luminibus incerta reptant et dicunt quidem pristinis renuntiare et paenitentiam adsumunt, sed includere eam

---

36 dominum *T*, deum *NRXFV*, deo *L*, domino *O* 37 suscipiatur *TOX*, *sed* cipiatur *in ras.* *T*, suspiciatur *NLV* actu* (m *eras.*) *T* ṣę *T*, de *X* 38 salfa *X*, salsa *LV*, *corr.* L^1V *mg* 39 ipsi* (*eras.* s) *T*, ipse *X* 40 detrudentur *ONRXFV*^{2}, detrudenter *LV*, trudentur *T*; *cf. De carn. res. 35 (77, 17)* 41 Proh mirum *O*, permirum *T*, primum *NRXFLV* 41 *sq.* delinqunt *T*, *sed* qun *in ras. al. manu* delinqu ut *X* 42 opinor—timerent *om.* *T* 43 nolet *O*, nollet *T*, nolit *NRXFLV* 44 offendi *TO* *ista *T* 44 *sq.* inpocritarum *T* 45 consueverunt *O* quorum individua—fidelis *TONRX*, quorum paenitentia numquam fidelis, quorum individua cum diabolo amicitia est *FLV* invidia *TO Pam.* 46 fidelis] *hic finit O*

6. 2 semel capensandam *T*, compellendam semel *X* 3 oīs *X* quidē* *T* debitos *T*, deditos *NRFLV*, dedito *X*; *cf. infra p. 156, 72 et De idol. 19 (53, 17)* ut *om.* *T* omnes (*ante* salutis) R^3, omnis NR^1XFLV, om̄s qui (qui *del.*, *suprascr.* q;) *T* 4 dei *T*, *om.* *N* 4 *sq.* imminet *T*, *vulgo* 6 ut *T*, *om.* *NRXFLV* receniis *T* necdum *T*, nec *NRXFLV* 7 reputant *N* pristinis *T*, pristinis ⟨se⟩ *Leopold* 8 includere = *'einschließen, sicher verwahren'*, *cf. supra l.* 2 continendam (*Krm.*)

neglegunt. **2.** Interpellat enim illos ad desiderandum ex pristinis aliquid ipse finis desiderandi, velut poma, cum iam in acorem vel amaritudinem senescere incipiunt, ex parte aliqua tamen adhuc ipsi gratiae suae adulantur.

3. Omne praeterea cunctationis et tergiversationis erga paenitentiam vitium praesumptio intinctionis inportat. Certi enim indubitatae veniae delictorum medium tempus interim furantur et commeatum sibi faciunt delinquendi quam eruditionem non delinquendi. **4.** Quam porro ineptum, quam ⟨perversum⟩, paenitentiam non adimplere et veniam delictorum sustinere, hoc est pretium non exhibere et ad mercem manum emittere! Hoc enim pretio dominus veniam addicere instituit, hac paenitentiae conpensatione redimendam proponit inpunitatem. **5.** Si ergo qui venditant prius nummum quo paciscuntur examinant, ne scalptus ne versus ne adulter,

---

9 interpellant *T* desiderandum *TNRV mg*, diserandum *FX*, diserendum *LV* 10 iam *om. T* 11 senescire *T* 12 ipsa *T* 14 instintionis (c *s. v. add. eadem m., ut videtur*) *T*, intentionis *LV* certę *XL* 16 fruantur *X* 16 *sq.* quam eruditionem non delinquendi *om. TX* 17 quid porro ineptius *V mg* 17 *sq.* quam perversum *Brf.*, quam *TN RXFLV*, *del. Jun.* quam ⟨ridiculum⟩ *vel* tuam R^3 *in notis*, quam ⟨iniquum⟩ *Urs.*; *ad* quam *bis repetitum cf. e. g. Adv. Marc. IV 38 (552, 25), De pat. 4 (5, 22). Oehlerus ita edidit*: quam ... ineptum, quam (*pron. relat.*) paenitentiam non adimplêre (*pro*: adimpleverunt), ei veniam delictorum sustinere, *quod tamen iam ideo falsum est, quia perfecti formis in* -re *desinentibus in totum fere abstinuit noster, cf. Löfstedt, Zur Sprache Tert.s, p. 67, 1* 18 et veniam — sustinere *om. T* 19 sustinere = '*expectare, sperare*' adexhibere *T* et ad *T*, ad *NRXFLV* mercem *RXFLV*, mercedem *TN* 20 manū|mę mittere *T* addicere *TR*^{1} *mg V mg*, adducere *NR*^{1}*XFLV* 21 patientie *X* 21 *sq.* ꝑponit inꝑponit (*sed voc. posterius del.*) *T* 22 vendidat *T* 23 pacistimor *X* examj|*nant (*ex* exani|mant) *T*, examinat *N* falsus *ex* scalsus *T* ne versus *T*, ne neresus *LV*, neve rasus *NRXF vulgo*, ne peresus V^2 *Rauschen*; *particula* neve (neu) *in Tertulliani scriptis nusquam legitur*; '*versi nummi*' *sunt* '*tincti*' *sive* '*infecti*', *i. e.* '*subaerati*' ('*gefutterte Münzen*'), '*adulteri*' *vero, quos ex stagno plumbo ferro falsa in totum fusione formabant*: *cf. Mnemosyne 60 (1932), pp. 90 sqq.* n̄ adulter (*sed* e *suprascr. eadem m.*) *T*

non etiam dominum credimus paenitentiae probationem prius inire tantam nobis mercedem, perennis scilicet vitae, concessurum?

6. 'Sed differamus tantisper paenitentiae veritatem: tunc opinor emendatos licebit, cum absolvimur'. Nullo pacto, sed cum pendente venia poena prospicitur, cum adhuc liberari non meremur, ut possimus mereri, cum deus comminatur, non cum ignoscit. **7.** Quis enim servus, posteaquam libertate mutatus est, furta sua et fugas sibi inputat? quis miles, postquam castris suis emissus est, pro notis suis satagit? **8.** Peccator ante veniam deflere se debet, quia tempus paenitentiae idem quod periculi et timoris. **9.** Neque ego renuo divinum beneficium, id est abolitionem delictorum, inituris aquam omnimodo salvum esse; sed ut eo pervenire contingat elaborandum est. Quis enim tibi tam infidae paenitentiae viro asperginem unam cuiuslibet aquae commodabit? **10.** Furto quidem adgredi et praepositum huius rei adseverationibus tuis circumduci facile est: sed deus thesauro suo providet, nec sinet obrepere indignos. Quid denique ait? Nihil oc-

---

6. 41 *cf.* Matth. 13, 44 42 Matth. 10, 26. Luc. 8, 17

---

24 non etiam V^2, nę etiam T, etiam non N, etiam $RXFLV$; *cf. De virg. vel. 14, 6 (4)* 25 tantā *ex* -tū T mercem *Lat. (Scal.)* vito X 25 *sq. post* concessurum *interrogationis signum ponunt* TR^1 27 tantisper $TNRX$, per FLV 28 liquebit *Gel. vulgo; cf. Mnemosyne 60 (1932) p. 96* absolvim' T 29 cum pendente] conprehendente T perspicitur LV 30 meremur R^3, meretur TNR^1XFLV merere X 31 cum ignoscit] cūmicit (c *ex* t) T 31 *sq.* libertate mutatus *cf. De carn. res. 27 (117, 26), Adv. Marc. III 22 (415, 8)* 32 inputat] inportat T 33 emissus est T, emissus $NRFLV$, emissis X votis F, nobis L, *corr.* L^1 34 peccato FLV^1 35 idem *Pam.*, id ē T, id est $NRXFLV$, idem est *Leopold* renovo T, rennuo XF 36 inituris (uris *exp.*, *suprascr.* latis *m. rec.*) T 37 aqua T omnino L esse vult T, est L 39 aspgiminē T, '*malim* asparginem' *Jun.* aquae cuiuslibet N commodavit T 40 et praepositum *Urs.*, ut repositum T, et propositum $NRXFLV$ 41 Sed] *hic redit O* deus] ut T 42 sinet (e *exp.*, *suprascr.* i) T, sinit $ONRXFLV$ obripere TO ait (*ex* ut *corr. eadem m.*) T

cultum quod non revelabitur: quantascumque tenebras factis tuis superstruxeris, deus lumen est!

11. Quidam autem sic opinantur, quasi deus necesse habeat praestare etiam indignis quod spopondit, et liberalitatem eius faciunt servitutem. **12.** Quodsi necessitate nobis symbolum mortis indulget, ergo invitus facit; quis autem promittit permansurum et quod tribuerit invitus? **13.** Non enim multi postea excidunt? non a multis donum illud auferetur? Hi sunt scilicet qui obrepunt, qui paenitentiae fidem adgressi super harenas domum ruituram conlocant!

14. Nemo ergo sibi aduletur quia inter auditorum tirocinia deputatur, quasi eo etiamnunc sibi delinquere liceat: dominum simul cognoveris timeas, simul inspexeris reverearis! **15.** Ceterum quid te cognovisse interest, cum isdem incubas quibus retro ignarus? Quid autem te a perfecto servo dei separat? An alius est intinctis Christus, alius audienti-

---

44 *cf.* I Ioh. 1, 5 48 *cf.* Rom, 6, 5 ap. Tert. De carn. res. 47 (97, 7) 52 *cf.* Matth. 7, 26

---

43 revalabitur *T*, reveletur *ON* 44 tuis] suis *O* superstruxerint *O*, superstrinxeris *L* lumen] uim̄ *T* 46 praestare] *supra l. eadem m. O* 46 *sq.* libertatem *N* 47 veritatem . servitutem (*sed* veritatem *exp.*) *O* 48 symbolum mortis *intellige intinctionis sacramentum: cf. De carn. res. 47 (97, 7 sqq.), Hieron. epist. 65, 14, 3* 47 *sq.* nobis indulget *X* facit] *hic desinit O; post* facit *interrogationis signum ponit Hoppe, Beiträge p. 115, 3* autem *T* (*Oehler*), enim *NRXFLV* 48 *sq.* promittit *Iun.*: promittet *T*, permittit *NRXFLV* 49 et quod *T*, id quod *NRXFLV*; *cf. De carne Chr. 4 (l. 26 in cod. A), Ad nat. II 2, 6 (96, 3)* tribu|*it *T* 50 auferetur *T*, aufertur *NRXFLV* 51 hii *TX*, et hi(i) *LV* scilicet] si *N* 52 arenā *X* collocant (*ex* conl-) *T*, collocant *RXV*^{2}, collocavit *FLV*^{1}, aedificant *N* 53 sibi] tibi *T* 53 *sq.* tibocinia *T*, tyrocenio *X* 54 delinquere *TR*, derelinquere *NX*^{1}*FLV* licere *X* 56 isdem *X*, *iisdem (*ex* hisdem) *T*, iisdem *vulgo* incubas ⟨gnarus⟩ *Krm.* 57 a *supra v. add. T* servo *TNRX*, verbo *FLV* 58 an alius est intinctis x^{c}; an alius est intincti*s (*ex* -us) xp̄s; an alius audientib; (*sed verba* an — x^{c} *quae priore loco leguntur lineola infrascr. del.*) *T* intinctus *X*

bus? **16.** Num alia spes uel merces, alia formido iudicii, alia necessitas paenitentiae? Lavacrum illud obsignatio est fidei, quae fides a paenitentiae fide incipitur et commendatur. **17.** Non ideo abluimur ut delinquere desinamus, sed quia desiimus, quoniam iam corde loti sumus: haec enim prima audientis intinctio est. Metus integer exinde quod dominum senserit; fides sana conscientia semel paenitentiam amplexata!

18. Ceterum si ab aquis peccare desistimus, necessitate, non sponte, innocentiam induimus. Quis ergo in bonitate praecellens? cui non licet aut cui displicet malo esse? qui iubetur an qui delectatur a crimine vacare? **19.** Ergo nec a furto manus avertamus, nisi claustrorum duritia repugnet, nec oculos a stupri concupiscentiis refrenemus, nisi a custodibus corporum obstructi, si nemo domino debitus delinquere desinet nisi intinctione alligatus. **20.** Quodsi qui ita senserit, nescio an intinctus magis contristetur quod peccare desierit,

---

59 nunc *T* alia spes *T*, spes alia *N R X F L V* alia formido—ideo abluimur *in T tribus versibus in rasura a m. 1 artius scripta habentur; post* abluimur *spatium 5 fere litterarum nunc quidem vacuum est, olim tamen expletum fuit: certe litterae* tio *male deletae quodammodo adhuc comparent* fortitudo (*pro* formido) *X* 61 fideiq(uae); *ex* fideiq; (*hoc ex* fidem*?*) *T* penitentia *T* 62 desinimus *T* 63 desiimus *R X*, desumus *N F L V*, dicimus *T*, desinimus *V*^{2} quoniam *T N R X F*, quam *L V*, quia *V*^{2}, *del. Preuschen*^{1} loti* *T* haec autem *X*, Nec enim *L V* 64 *aliter distinxit Krm.:* est, metus integer. exinde, quoad *vulgo* quod (*i. e.* '*ex quo*') *T*, quoad *N R X F L V* 65 senserit (*sc.* '*audiens*') *T*, senseris *N R X F L V* conscientia—amplexata *part. absol. intellige* (*Krm.*) semel *T N R X F*, solam *L V* penitenti|*amplexata *T* implexata *F L V* 67 n̄ *ante* induimus *add. m. 2 T* 68 an (*pro* aut) *Pam.* 68 cui *alterum s. v. add. X* malo *R X F L V*, mala (a *post. in ras. a m. 2*) *T*, malum *N* 69 a *om. V*^{2} vacare *T N R*^{1} *V*^{2}*mg*, vocare *R*^{1} *X F L V* 70 avertamus] auferamus *N* 71 concupiscentes *F L V*, concupiscentia *V*^{2} 72 obstructi *T N R X*, abstructi *F*, astructi *L V*, astricti *V*^{2}, abstracti *Vaticanos secutus Oehlerus* sic (c *a m. 2*) *T* ne c o m (c *add. m. 2, ut videtur*) *T* debitus *Brf.:* deditus (*sed* d *post. ex* b, *ut videtur*) *T*, deditus *N R X F L V*; *cf. supra p. 152, 3* 73 qd*si*cui (d *ex* u, c *ex* q*?*) *T* quis *N V*^{2} sedens erit *T*

quam laetetur quod evaserit! Itaque audientes optare intinctionem, non praesumere oportet. **21.** Qui enim optat, honorat; qui praesumit, superbit; in illo verecundia, in isto autem petulantia apparet; ille satagit, hic neglegit; ille emerere cupit, at hic ut debitum sibi repromittit; ille sumit, hic invadit. **22.** Quem censeas digniorem nisi emendatiorem? quem emendatiorem nisi timidiorem et idcirco vera paenitentia functum? timuit enim adhuc delinquere, ne non mererertur accipere. **23.** At ille praesumptor cum sibi repromitteret, securus scilicet, timere non potuit: sic nec paenitentiam implevit, quia instrumento paenitentiae, id est metu, caruit. **24.** Praesumptio inverecundiae portio est: inflat petitorem, despicit datorem; itaque decipit nonnumquam. Ante enim quam debeatur repromittit, quo semper is qui est praestaturus offenditur.

7, 1. Hucusque, Christe domine, de paenitentiae disciplina servis tuis dicere vel audire contingat, quousque etiam delinquere non oportet et audientibus: vel nihil iam de paenitentia noverint, nihil eius requirant. **2.** Piget secundae, immo iam ultimae spei subtexere mentionem, ne retractantes de residuo auxilio paenitendi spatium adhuc delinquendi

---

75 obstare (*sed* b *in* p *mutavit eadem m.*) *T* 76 obtat (b *in* p *mutavit eadem m.*) *T* 78 autem *T*, *om. NRXFLV* emerere cupit *Brf.*, emere ẹcupit *T*, mereri cupit *NRXFLV* 81 quem emendatiorem nisi timidiorem *om. L*, quē (*ex* quā) vehementiorem nisi timidiorem *T* 82 f*ictū *ex* finctū *T* 82 *sq.* meteretur (t *exp.*, r *suprascr. al. m.*) *T* 84 securos (*corr. m. 2*) *T* ne (c *s. u. add. alia m.*) *T* 86 portio* (*eras.* r) *T* petitorem *TNRXFV mg*, potiorem *LV* 87 delatorem *N* 88 debebatur *T* quoḍ *T* ḥis *T* 88 *sq.* prestaturos *T*

7. 1 Hucusque *usque ad* vel nihil *in O leguntur f. 249r post 12, 8* abiecerat hvcusq; (v *in ras.*) *T* xp̄c dominus *T* poenitentia *LV* 1 *sq.* disciplina *om. L* 2 tuis *om. T* dicere] dici *T*, discere *Urs.* vel *om. T* etiam] et *X* 3 & *T*, *om. ONRXFLV* cum iam *L* 4 Piget secundae immo iam] qui|****secunde inmolam *T* secundae] sedem *FLV* 5 nec retractantes desiduo *T*

demonstrare videamur. **3.** Absit ut aliquis ita interpretetur, quasi eo sibi etiamnunc pateat ad delinquendum, quia patet ad paenitendum, et redundantiam clementiae caelestis libidinem faciat humanae temeritatis! **4.** Nemo idcirco deterior sit, quia dominus melior est, totiens delinquendo quotiens et ignoscitur: ceterum finem utique evadendi habebit, qui offendendi non habebit. Evasimus semel: hactenus periculosis nosmetipsos inferamus etsi iterum evasuri videmur. **5.** Plerique naufragio liberati exinde repudium et navi et mari dicunt et dei beneficium, salutem suam scilicet, memoria periculi honorant. Laudo timorem, diligo verecundiam: nolunt iterum divinae misericordiae oneri esse, formidant videri inculcare quod consecuti sunt; bona certe sollicitudine iterum experiri devitant quod semel didicerunt timere. **6.** Ita modus temeritatis testatio est timoris; timor autem hominis dei honor est.

7. Sed enim pervicacissimus hostis ille numquam malitiae suae otium facit, atquin tunc maxime saevit cum hominem plene sentit liberatum, tunc plurimum accenditur cum extinguitur. **8.** Doleat et ingemiscat necesse est venia peccatorum

---

7. 9 *cf.* Rom. 5, 17 21 *cf.* Ecclesiastic. 1, 11

---

7 Absit] Sed absit *O*, *qui hic redit* aliquis *usque ad* paenitendum et *om. O* aliquis ita] ita aliquis *X*, alius ita *L V* 8 *sq.* quia patet ad paenitendum *om. N*, *supplevit ipse librarius in mg* 9 redundantiam *T O V*^{2}, redundantia *N R X F V*, redimentia *L* 10 faciat quis *O* 11 dominus *T O*, deus *N R X F L V* meliorest *ex* meliorem *T* 11 *sq.* et ignoscitur *O*, ignoscit** (ur *eras.*) *T*, ignoscitur *N R X F L V* 12 ceterum *om. O* utique *om. O* qui *O*, cum *N R X F L V*, *om. T* 13 evasimus *usque ad* videmur *om. O* actinus *X* 14 *post* nosmetipsos *alia manus in T in mg addidit* n̄ 15 naufragis *L V*, naufragiis *V*^{2} *post* dicunt *desinit O* 17 laudant *ex* laudo *a m. 2 T* diligunt *ex* diligo *a m. 2 T* volunt *F L V*, *corr. V*^{2} 19 secuti *T* bona] *hic redit O* et bona *L V* sollicitudinē *T* experire *X* 20 devitant *T O*, vitant *N R X F L V* *post* didicerunt *desinit O* 22 Sed enim] Sed et *O*, *qui hic redit* ille] illvm (v *in ras.*, *suprascr.* u) *T* 23 otiosum] otio *in ras. T* adqui*tum *T* 24 plane *O* cum (*ante* extinguitur) *T O*, dum *N R X F L V*

permissa tot in homine mortis opera diruta, tot titulos dominationis retro suae erasos. Dolet quod ipsum et angelos eius Christo servus ille peccator iudicaturus est. **9.** Itaque observat obpugnat obsidet, si qua possit aut oculos concupiscentia carnali ferire aut animum inlecebris saecularibus inretire aut fidem terrenae potestatis formidine evertere aut a via certa perversis traditionibus detorquere; non scandalis, non temptationibus deficit. **10.** Haec igitur venena eius providens deus clausam licet ignoscentiae ianuam et intinctionis sera obstructam aliquid adhuc permisit patere: conlocavit in vestibulo paenitentiam secundam, quae pulsantibus patefaciat, sed iam semel quia iam secundo, sed amplius numquam quia proxime frustra. **11.** Non enim et hoc semel satis est? Habes quod iam non merebaris: amisisti enim quod acceperas. Si tibi indulgentia domini adcommodat, unde restituas quod amiseras, iterato beneficio gratus esto, nedum ampliato. **12.** Maius [est] enim restituere quam dare, quoniam miserius est perdidisse quam omnino non accepisse. Verum

---

27 *cf.* I Cor. 6, 3 36 *cf.* Matth. 7, 7

---

26 promissa *LV*¹, *om. O* homine *ONRX*, hominem *TFLV* quot titulos *X* 26 *sq.* dominationis *TO*, damnationis *NRXFLV*, *quod defendas fortasse coll. Pacian. Epist. I 5*: fraus illa serpentis... quae posteris eius (*'primi hominis' sc.*) tot titulos damnationis inpressit; *obstat* suae, *pro quo* eius *expectes* 27 retro *om. O* quod] quia (a *in ras. a m. 2*; *fuit* quid) *T* 28 Christo (o *exp.*, *suprascr.* i) *T*, Christi *ONRXFLV*; *cf. e. g. Apul. Met. XI 27*: magno deo famulum *et locutionem quae est*: Christo servire 29 concupiscentiae *OXFLV*¹ 32 certe *T* peversis *T*, transversis *O* traditionibus *TONRX*, conditionibus *FLV*, traductionibus *Jun.* 33 deficit *T*, defecit *LV*¹, defuit *T mg* 34 clausa *TR* ianuam *ONXLV*, ianua* (*eras.* m) *T*, ianua *FR* instinctionis (s *prius exp.*) *O* 35 obstructam *O*, obstructa* (*eras.* m) *T*, obstructa *NRXFLV* aliquid *adverbii loco positum* patere] patī; et *T* 36 vestibulo] vectib; *T* 37 sed iam *usque ad* satis est *om. O* sed iam] s; etiam *T* secundo] seculo *FLV*, *corr. V mg* conplius n̄c quam *T* 38 quia *om. T* 40 Si tibi] sibi *N*, nisi si tibi *V*² 41 beneficio] benefacto *O* 42 est *om. T*, sē *X* quoniam *TONRX*, quam *FLV* 43 accepisse] habuisse *O*

non statim succidendus ac subruendus est animus desperatione, si secundae quis paenitentiae debitor fuerit. **13.** Pigeat sane peccare rursus, sed rursus paenitere non pigeat; pudeat iterum periclitari, sed [non] iterum liberari neminem pudeat: iterandae valitudinis iteranda medicina est. **14.** Gratus in dominum extiteris, si quod tibi denuo offert, non recusaveris. Offendisti sed reconciliari adhuc potes: habes cui satisfacias et quidem volentem!

8, 1. Id si dubitas, evolve quae spiritus ecclesiis dicat: desertam dilectionem Ephesiis inputat, stuprum et idolothytorum esum Thyatirenis exprobat, Sardos non plenorum operum incusat, Pergamenos docentes perversa reprehendit, Laudicenos divitiis fidentes obiurgat: et tamen omnes ad paenitentiam commonet, sub comminationibus quidem. **2.** Non comminaretur autem non paenitenti, si non ignosceret paenitenti, dubium, si non et alibi hanc clementiae suae pro-

---

8. 2 *cf.* Apoc. 2, 1. 4 3 *cf.* Apoc. 2, 18. 20 *cf.* Apoc. 3. 1. 2 4 *cf.* Apoc. 2, 12. 14. 15 5 *cf.* Apoc. 3, 14. 17

---

44 ∗ac (*eras.* h) *T*, est aut *O* est *om. O* 46 rursus *prius om. O* pudeat *O*, pigeat *T*, pigeat *NRXFLV*; *cf. Pacian. Epist. 1, 5*: pudeat periclitari, sed non pudeat liberari 47 non *om. TO*; *cf. Pacian. l. c.* 48 iterande *T*, iteratae *ONRXFLV* 49 dominum R^3 *vulgo*, deum *O*, dni *T*, domino NR^1XFLV extiterit *XFLV* tibi] ter *LV* denuo *TO*, dominus *NRXFLV* offertur *O* non] si *O* 50 reconciliare V^2 adhoc *T* potes *ONRXFLV*, potest ('*deus*' *sc.*) *T*

8. 1 Id *om. O* dubitas evolve quae] dubitare volueris *T* 2 *sq.* idolothytorum esum] idolorum cultum *O* 3 tirrenis *O* Sardos OR^1X (*etiam Pacian. Epist. 1, 5*), sardas *T*, sar *FLV*, sardenses *N*, Sardios R^3 4 p∗amenos *T*, pergamos *O* 5 laudicenos *T*, laodicenos *NRFLV*, Iaodicenos *X*, laodicios *O* divitiis fidentes *TO*, fidentes divitiis *NRXFLV* 6 comminatione *O* 7 autem *om. T*, *an recte?* 8 Dubiū (*in ras., ut videtur*) *T* dubium *appositio est enuntiati quod est* si non ignosceret non *om. T* 8 *sq.* profusionem *ONR*, professionem *T*, perfusionem *XFLV*, superfusionem *V mg*

fusionem demonstrasset: Non, ait, qui ceciderit, resurget et qui aversatus fuerit, convertetur? **3.** Ille est scilicet, ille [est] qui misericordiam mavult quam sacrificia. Laetantur caeli et qui illic angeli paenitentia hominis; heus tu peccator, bono animo sis: vides ubi de tuo gaudeatur! **4.** Quid illa similitudinum dominicarum argumenta nobis volunt? Quod mulier dragmam perdit et requirit et repperit, [et] amicas ad gaudium invitat, nonne restituti peccatoris exemplum est? **5.** Errat et una pastori ovicula, sed grex una carior non erat; una illa conquiritur, una pro omnibus desideratur, et tamen invenitur et humeris pastoris ipsius refertur: multum enim errando laboraverat. **6.** Illum etiam mitissimum patrem non tacebo qui prodigum filium revocat et post inopiam paenitentem libens suscipit, inmolans vitu-

9 Hier. 8, 4 10 *cf.* Os. 6, 6 (Matth. 9, 13. 12, 7) 11 *cf.* Luc. 15, 7. 10 13 *cf. ib.* 15 *cf.* Luc. 15, 8—10 17 *cf.* Luc. 15, 4—7 21 *cf.* Luc. 15, 12—32 22 *cf.* Luc. 15, 20 *cf.* Luc. 15, 23

9 non ait *NRXFLV*, n̄ ne (ne *in ras.*) *T*, nonne ait *O* (*Preuschen*[1]); *aliter distinxit Brf. coll. Pacian. Epist. 1, 5; De paenitentibus 12; vulgo edunt*: non ait: qui *cett.* resurgit *T* 10 adversatus *TOL* et (*pro* est) *O* 11 est *om. TO* sacrificium *O* 12 illic] illi *FLV*[1], illic sunt *O* penitentiā *T*, propter penitenciam *O* tu *extra paginam T* 13 de tuo ⟨reditu⟩ *Pam.* (*ex Pacian. De paenitentibus 12 in fine*) *vulgo*; *cf. Mnemosyne 60 (1932) p. 103* 14 qui *T* dominarum *LV*, dominica *V*[2] uobis *XLV*, sibi *OV*[2] 15 volvnt *T* perdit *O*, perdidit *TNRXFLV* repperit *TO*, reperit *vulgo* 16 et *om. T* non *L* restituti (ti *in ras.*) *T*, restitui *L*, restitute *X* 17 est exemplum *N*, *at nota clausulam* Errat una *O*, Erat una *in ras. T*, Errat et uni *X* pastoris *OR vulgo* 18 una (*ante* carior) *ex* unę *T* non carior *X* una prae omnibus *Krm.* 19 tandem *R*[1] *mg vulgo, at cf. Hieron. Ep. 122, 3, 7*: dragma perit et tamen invenitur in stercore; nonaginta novem oves *cett.* inveniẹtur *T* ipsius] eius *O* 20 multum—laboraverat *om. O*, *exscripsit Hieron. Ep. 21, 39, 4* erranda *T* 21 qui *TONRXFV*[2], quod *LV Rauschen* prodig*um (*eras.* n) *T* 22 paenitentem *OR*[3], paenitentiae *NR*[1]*XFLV*, penitentia (a *ex* ā) *T; cf. Hieron. In Hierem. I 63, 1*: libenter deus suscipit paenitentes et occurrit filio inopia et squalore confecto libens *ONRXFLV*, liberans *T*, *at cf. Hieron. l. c.* immolans *T*, immolat *ONRFLV*, inmolat *X*

lum praeopimum convivio gaudium suum exornat: quidni? filium enim invenerat quem amiserat, cariorem senserat quem lucri fecerat.

7. Quis ille nobis intellegendus pater? Deus scilicet: tam pater nemo, tam pius nemo. **8.** Is ergo te filium suum, etsi acceptum ab eo prodegeris, etsi nudus redieris, recipiet quia redisti magisque de regressu tuo quam de alterius sobrietate laetabitur, sed si paeniteas ex animo, si famem tuam cum saturitate mercennariorum paternorum conpares, si porcos inmundum relinquas pecus, si patrem repetas vel offensum Deliqui dicens, pater, nec dignus ego iam vocari tuus. **9.** Tantum relevat confessio delictum quantum dissimulatio exaggerat; confessio enim satisfactionis consilium est, dissimulatio contumaciae.

9, 1. Huius igitur paenitentiae secundae et unius quanto in arto negotium est tanto operosior probatio ut non conscientia sola praeferatur, sed aliquo etiam actu administretur. **2.** Is actus, qui magis Graeco vocabulo exprimitur et fre-

---

23 *cf. ib.* 24 *cf.* Luc. 15, 32 31 *cf.* Luc. 15, 17 33 Luc. 15, 18. 19. (21)

---

inde a l. 33 deest T

23 praeopimum *OR*, ꝑeo optimū (eo *exp., sed postea rest.*) *T*, praeoptimum *NXFLV*; pro eo opimum *Brf. olim cf. de pudic. 9 (237, 10 et 238, 6) et Hieron. Ep. 21, 1, 1; 21, 35, 1; 145, 5* 24 a*miserat *T* cariorem senserat *om. T* 26 pater deus scilicet tam *om. T* 27 is ergo *NRXFLV*, tal — *erga (tal — *extra paginam a m. 2*) *T*, Si ergo *O* 28 redigeris *TX FLV*^{1} recipieris *O* 29 magis quam *LV*^{1}, magis quod *X* 30 peniteas *O*, paeniteat *TNRXFLV*, paeniteat ⟨te⟩ *Jun.* 31 saturitate *in* securitate *mut. O, a manu 1 ut videtur* mercennarium *X* conparet (t *exp., suprascr.* s) *T* 33 *post* offensum *desinit T, redit cap. 12 in fine* ego *om. N*, ego sum *LV Preuschen* 34 revelat *XFLV* delictum *OGNR*^{3}*X*, delictorum *R*^{1}*FLV* quantum *RXFLV*, quam *N* 35 *sq.* dissimulatio — consilium est *om. L*

9. 1 quantum *N* 2 probatio ⟨est⟩ ut *Gel.* conscientia sola *ON*, sola conscientia *RXFLV* 3 proferatur *R*^{1}, perferatur *Ciacconius* 4 et exprimitur *O, dubito an recte* 4 *sq.* frequenter *X*

quentatur, exomologesis est qua delictum nostrum domino confitemur, non quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessione disponitur, confessione paenitentia nascitur, paenitentia deus mitigatur. **3.** Itaque exomologesis prosternendi et humilificandi hominis disciplina est conversationem iniungens misericordiae inlicem, de ipso quoque habitu atque victu: **4.** mandat sacco et cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum maeroribus deicere, illa quae peccant tristi tractatione mutare; ceterum pastum et potum pura nosse, non ventris scilicet sed animae causa; plerumque vero ieiuniis preces alere, ingemiscere, lacrimari et mugire dies noctesque ad dominum deum tuum, presbyteris advolvi, [et] aris dei adgeniculari, omnibus fratribus legationem deprecationis suae iniungere. **5.** Haec omnia exomologesis, ut paenitentiam commendet, ut de periculi timore dominum honoret, ut in peccatorem ipsa pronuntians pro dei indignatione fungatur et temporali afflictatione aeterna supplicia non dicam frustretur, sed expungat. **6.** Cum igitur provolvit

9. 11 *cf.* Es. 58, 5

deest T

5 quia *O* delictum nostrum domino *O* (*cf. Isid. Et. VI 19, 76*), delictum domino nostrum *NRX*, delictum domino nostro *FLV* 6 quatinus *O* 7 confessione paenitentia nascitur *om. O*, confessione (*altero loco*) *RXFLV*, cum *N* 9 humilificandi *ORXFLV* (*etiam Isid. Et. VI 19, 79*), mollificandi *N* 10 iniungens R^2, iniunges *O*, inunguens NR^1XFV *cod. Divionensis*, inguens *L* indicem *O*; *aliter distinxit Krm.*: inlicem. De ipso quoque habitu atque victu mandat *vulgo* 11 victu] actu *O* mandat *om.* R^1 cinere *X et Isid. Et. VI 19, 79* 12 insudare obscurare (*sed* insudare *exp.*) *N* illa (‘*corpus intellige et animum*’ *Krm.*) *ORXLV et Isid. Et. l. c.*, illa illa *NF* peccant *ONXFLV et Isid Et. l. c.*, peccavit *RV*^{2} *vulgo* 13 tractatione] tentatione *LV* multare *O* pure *O* 14 scilicet *om. O* 15 ieiunus *FL* *an* lacrimare*? cf. Hoppe, Synt. 61* 16 dies noctesque *ONR*, diesque noctes *X*, noctes diesque *FLV* deum *om. O* 17 et *om. ON, del. Krm.* avis *ONRX*, caris *FLV Pam. vulgo* legationem *O*, legationes *NXFV*, legationibus *L* 18 iniungere R^1 *post* exomologesis *desinit O* 21 afflictione *FLV* 22 expungat R^1 *mg* V^2, expugnat R^1XFLV^1, expugnet *N* Cum] *redit O*

hominem, magis relevat; cum squalidum facit, magis emundatum reddit; cum accusat, excusat; cum condemnat, absolvit: in quantum non peperceris tibi, in tantum tibi deus, crede, parcet!

10, 1. Plerosque tamen hoc opus ut publicationem sui aut suffugere aut de die in diem differre praesumo pudoris magis memores quam salutis, velut illi, qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione conscientiam medentium vitant et ita cum erubescentia sua pereunt. **2.** Intolerandum scilicet pudori domino offenso satisfacere, saluti prodactae reformari! Ne tu verecundia bonus, ad delinquendum expandens frontem, ad deprecandum vero subducens! **3.** Ego rubori locum non facio, cum plus de detrimento eius adquiro, cum ipse hominem quodammodo exhortatur 'ne me respexeris', dicens, 'pro te mihi melius est perire'. **4.** Certe periculum eius tunc, si forte, onerosum est, cum penes insultatores in risiloquio consistit, ubi de alterius ruina alter attollitur, ubi prostrato superscenditur; ceterum inter fratres atque conservos, ubi communis spes metus gaudium dolor passio, quia communis spiritus de communi domino et patre, quid tu hos aliud quam te opinaris? **5.** Quid consortes casuum tuorum ut plausores fugis? Non potest corpus de unius

---

10. 15 *cf.* Eph. 4, 4—6 18 *cf.* I Cor. 12, 26

---

deest T

23 revelat $XFLV^1$ squalidum] scalere *O* 23 *sq.* emundatum *O*, mundatum $NRXFLV$ 24 accusat] accensat FLV^1 exsolvit *O*, *sed corr. eadem m.* 25 pepercit *N* 26 parcit *O*

10. 1 plerusque *F*, plerunque *LV* ut aut *X* 2 suffugere] fugere *N* in diem *om. O* 5 pereunt $ONRXF$, pariunt *L*, parcunt *V* 6 pudore *X* 7 prodactae] perdite *O* *post* reformari *desinit O* ne] nec *L* tu *om. N* 9 de detrimento *RX* (*etiam Pacian. De paenit. 8*), detrimento $NFLV$; *cf. Scorp. 13* (*176, 16*) 11 pro te $NRXFLV$ *et Pacian. l. c., nam ita legendum,* per te *Semler Leopold Oehlerus Preuschen* mihi *om. L*, uī *V* 12 *sq.* insultatores *Brf.*: insultaturos $NRXFLV$ 14 superscendetur $XFLV$ 17 tu hos *N cod. Divionensis*, tuos $RXFLV^1$, nos V^2 18 ut] et *Havercamp*

membri vexatione laetum agere: condoleat universum et ad remedium conlaboret necesse est. **6.** In uno et altero ecclesia est, ecclesia vero Christus: ergo, cum te ad fratrum genua protendis, Christum contrectas, Christum exoras; aeque illi cum super te lacrimas agunt, Christus patitur, Christus patrem deprecatur. Facile inpetratur semper quod filius postulat.

7. Grande plane emolumentum verecundiae occultatio delicti pollicetur! Videlicet si quid humanae notitiae subduxerimus, proinde et dominum celabimus? **8.** Adeone existimatio hominum et dei conscientia comparantur? An melius est damnatum latere quam palam absolvi? **9.** 'Miserum est sic ad exomologesin pervenire'. Malo enim † amans si pervenitur; sed ubi paenitendum est, deserit miserum, quia factum est salutare. **10.** Miserum est secari et cauterio exuri et pulveris alicuius mordacitate cruciari: tamen quae per insuavitatem medentur, et emolumento curationis offensam sui excusant et praesentem iniuriam superventurae utilitatis gratia commendant.

11, 1. Quid si praeter pudorem, quem potiorem putant, etiam incommoda corporis reformident, quod inlotos, quod sordulentos, quod extra laetitiam oportet deversari in asperitudine sacci et horrore cineris et oris de ieiunio vanitate? **2.** Num ergo in coccino et Tyrio pro delictis supplicare nos con-

20 *cf.* Matth. 18, 20

deest T

19 cum doleat *L V* 24 et facile *L V* 25 Grande] *hic redit O* 27 dominum *O*, deum *N R X F L V* celavimus *O* 28 conscientia] constantia *O* 28 *sq.* est damnatum *O N R X*, condamnatum *F*, condempnatum *L V* 29 absolvi] solvi *O*, *qui in hoc verbo desinit* miserum *usque ad* salutare *om. L* sic *R X F L V*, sin *N* 30 exomologesim *X ubique* amans si (*alterum* a *ex* e, *ut videtur*, *N*) *N R*^{1} *X F L V*, et aniasi *R*^{1} *mg* ad miseriam *R*^{3} *vulgo*, ad iasin *Wissowa*, ad miserum *Rauschen*, amens ⟨mens⟩ si *Krm.*; *locus nondum sanatus* 31 deserit *N R*^{1} *X F L V*, desinit *R*^{3} *vulgo*, desierit *Krm.* 32 Miserum] *hic redit O* 33 cruciari] anxiari *R* 34 et *om. O* 35 sui] suā *O* 36 gratiam *N*

11. 3 diversari *F L V* 4 de *om. O* vanitate *om. O*, inanitate *V mg* 5 Num] Non *O* 5 *sq.* condecet] *hic desinit O*

decet? 'Cedo acum crinibus distinguendis et pulverem dentibus elimandis et bisulcum aliquid ferri vel aeris unguibus repastinandis! Si quid ficti nitoris, si quid coacti ruboris [in] labia aut genas urgeat?' **3.** Praeterea exquirito balneas laetiores hortulani maritimive secessus, adicito ad sumptum, conquirito altilium enormem saginam, defaecato senectutem quamque vini: ⟨si⟩ quis interrogarit, cur animae largiaris: 'Deliqui', dicito, 'in dominum et periclitor in aeternum perire: itaque nunc pendeo et maceror et excrucior, ut deum reconciliem mihi, quem delinquendo laesi'!

4. Sed enim illos qui ambitus obeunt capessendi ma-

---

deest T

6 *verba* cedo *usque ad* urgeat *sunt paenitentis elegantioris* distinguendis et *RFV*^{2}, distinguendi sed *XLV*^{1}, distinguendis sed et *N* 7 (a)ereis *XFLV*^{1} 8 si quid (*priore loco*) *om. N* *post* ruboris *virgulam posuit R*^{3} in *del. Brf. coll. De cultu fem. II 5* (*6*): delinquunt quae cutem medicaminibus urgent, genas rubore maculant 9 urge. at praeterea *Krm.* *post* urgeat *vulgo graviter interpungunt, interrogationis signum posuit Brf.:* si quid—urgeat *ex persona paenitentis dictum videtur; verte: 'wenn einmal etwas Schminke oder Rot die Lippen und Wangen bedeckte?'* laetiores *si cum* balneas *iungas, possis* lautiores, *cf. Pacian. De paen. 10; post* laetiores *distinguunt Preuschen Labriolle Rauschen, post* secessus *R vulgo* 10 secessus] *estne genitivus sg.* (*qualitatis? cf. Juvenal. 3, 4*) *an nominativus pl.? cf. De ieiun. 12* (*291, 1*): omnibus balneis . . . et omnibus luxuriae secessibus *et Pacian. De paen. 10*: non desunt tamen vobis hortulani maritimive secessus; *si nominativum putas, ita distingue*: balneas—laetiores hortulani maritimiue secessus (*sc. 'sunt'*) —; adicito . . . ; *sin genetivum, vide ne quid exciderit* (*possis*: secessus ⟨amoenitatem⟩, *ut ab* adicito *pendeat*); *ad* adicito ad sumptum *cf. Ad nat. II 14* (*126, 5*): adicite ad gloriam 11 enormem *RV*^{2}, enormam *NXFLV*^{1}, *quod nescio an servari possit coll. De pallio 6 in.* elingua, *De spect. 3* (*5, 16*) procliuum, *De orat. 29* (*199, 26*) pusillanimos 10 *sq.* senectutem quamque uini *NR*^{1}*XFLV*^{2}, senectutem quam quod vini *V*, senectutem vini cumque *R*^{3} *vulgo* 12 si *add. V*^{2} *Krm.; cf. Pacian. De paen. 10:* si quis ad balneum vocet, recusare delicias; si quis ad convivium roget, dicere: ista felicibus, ego deliqui in dominum *cet.* cur animo *V*^{2}, cuinam ea *Rig. Oehlerus* 13 dominum *LV*, deum *FNRX*, *at cf. Pacian. De paen. l. c.* 16 Sed illos *O, qui hic redit* ambitus *O Rig.*, ambitu *NRXFLV*, ambitum *van der Vliet* capessendi causa *O*

gistratus neque pudet neque piget incommodis animae et corporis, nec incommodis tantum verum etiam contumeliis omnibus eniti in causa votorum suorum **5.** — quas non ignobilitates vestium adfectant, quae non atria nocturnis et crudis salutationibus occupant, ad omnem occursum maioris cuiusque personae decrescentes, nullis conviviis celebres, nullis commessationibus congreges, sed exules a libertatis et laetitiae felicitate, itaque totum propter unius anni volaticum gaudium! —: **6.** nos, quod securium virgarumve petitio sustinet, in periculo aeternitatis tolerare dubitamus et castigationem victus atque cultus offenso domino praestare cessabimus quae gentes nemine omnino laeso sibi inrogant? **7.** Hi sunt, de quibus scriptura commemorat: Vae illis, qui delicta sua velut procero fune nectunt!

12, 1. Si de exomologesi retractas, gehennam in corde considera, quam tibi exomologesis extinguet, et poenae prius magnitudinem imaginare, ut de remedii adoptione non dubites. **2.** Quid illum thesaurum ignis aeterni existimamus, cum fumariola quaedam eius tales flammarum ictus suscitent, ut proximae urbes aut iam nullae extent aut idem sibi de die

---

11. 29 Es. 5, 18

---

deest T

17 pudet] pendet *FLV* et *om. N* 18 verum etiam *OLV*, verum et *NRXF* 20 vestium *om. O* et crudis *om. O* 24 itaque] idque R^1 *mg, at* totum *adverbium est pro 'omnino, solummodo'* (*Rauschen*) 25 Uos quid *X* securum *O* sustinet et *O* 26 et *om. O* 27 offendo *FLV* 28 gentes *O*, gentiles *NRXFLV*; *cf. De cultu f. II 11* (*3*) Hii *ONX*, et hi *LV* 29 illos *O*, *dubito an recte*

12. 1 exomologesis *N* retractans *X* 2 considera *O* R^1 *mg*, desidera NR^1XFLV extinguit *R*, excuset extinguet (*sed* excuset *exp.*) *O* et poenae *usque ad* dubites *om. O* et] *an delendum?* poenae *R*, poena *NXFLV* 3 adeptione *Harrisius* 4 Sed quid *O* existimamus *O*, extimamus *N*, aestimamus *RXFLV* 5 fumariole *O*, *at cf. Pacian. De paen. 11 in fine* ictus *OR*, ictu *NXFLV* suscitentur *XFLV*, oscitent *O* 6 extent aut] extente ut *X*

sperent? **3.** Dissiliunt superbissimi montes ignis intrinsecus feti et, — quod nobis iudicii perpetuitatem probat —, cum dissiliant, cum devorentur, numquam tamen finiuntur! **4.** Quis haec supplicia interim montium non iudicii minantis exemplaria deputabit? quis scintillas tales non magni alicuius et inaestimabilis foci missilia quaedam et exercitatoria iacula consentiet?

5. Igitur cum scias adversus gehennam post prima illa intinctionis dominicae munimenta esse adhuc in exomologesi secunda subsidia, cur salutem tuam deseris, cur cessas adgredi quod scias mederi tibi? **6.** Mutae quidem animae et inrationabiles medicinas sibi divinitus adtributas in tempore agnoscunt: cervus sagitta transfixus, ut ferrum et inrevocabiles moras eius de vulnere expellat, scit sibi dictamnum edendam; hirundo si excaecauerit pullos, novit illos oculare rursus

---

12. 19 *cf.* Plin. Nat. hist. VIII 97

---

deest T

8 feti et *N*, feta et *RXFLV*, fervet *O*, foetu et *Urs.*, *V mg*; *cf. Thes. l. L. VI 640, 75* quod *usque ad* finiuntur *om. O* probant *LV* 10 minantis] imminentis *O* 12 inextimabilis *LV* foci] voce *X* et *om. XFL* exercitatoria *O*, exercitoria *NXRFLV* 14 prima *NXRFLV*, posteriora *O* 15 munimenta *Rig.*, monimenta *NRFV*, monumenta *OXL* 16 *sq.* adgredi *om. O* 18 irrationabiles *OLV*, irrationales *NRXF*; *cf. e. g. Lact. De ira 7, 2* ad tributas *X* 19 *sq. ad* inrevocabiles moras *cf. Verg. Aen. X 888 et Plin. Nat. hist. XVI 159*

20 diptamnum edendam *O* (*cf. Pacian. De paen. 11*: dictamni caule detonso), dictamnum medendum *XF*, dictamiū medendum *N*, dictaminum medendum *LV*1 dictamum edendum *V*2, dictamno medendum *R vulgo*

21 si excaecaveris *V*2 *Iun.*, si ⟨quis⟩ excaecaverit *Scal.*, si ⟨excrementum⟩ excaecaverit *Preuschen*2; *at Tertullianus locum Plinii* (*N. h. VIII 98*): chelidoniam visui saluberrimam hirundines monstravere vexatis (*i. e.* '*morbo affectis*') pullorum oculis illa medentes *cum altero eiusdem coniunxit auctoris* (*XXV 89*): hac enim (*sc.* '*chelidonia*') hirundines oculis pullorum in nido restituunt visum (*cf. Aristot. Hist. an. IV 6*), ut quidam volunt, etiam erutis oculis; *quem locum ita interpretatus esse videtur, tamquam ipsae hirundines pullos prius excaecare soleant*; *cf. Pacian. De paen. 11*: excaecatos hirundo pullos novit oculare de sua chelidonia, *Hieron. In eccl. 7* (*col. 444*), *Isid.*

de sua chelidonia: **7.** peccator restituendo sibi institutam a domino exomologesin sciens praeteribit illam, quae Babylonium regem in regna restituit? Diu enim paenitentiam domino immolarat septenni squalore exomologesin operatus, unguium leoninum in modum efferatione et capilli incuria horrorem aquilinum praeferente. Pro malae tractationis felicitatem! quem homines perhorrebant, deus recipiebat. **8.** Contra autem Aegyptius imperator qui populum dei aliquando adflictum, diu domino suo denegatum persecutus [in] proelio inruit, post tot documenta plagarum discidio maris, quod soli populo pervium licebat, revolutis fluctibus perit: paenitentiam enim et ministerium eius, exomologesin, abiecerat!

9. Quid ego ultra de istis duabus humanae salutis quasi plancis, stili potius negotium quam officium conscientiae meae curans? Peccator enim omnium notarum cum sim nec ulli rei nisi paenitentiae natus, non facile possum super illa tacere, quam ipse quoque et stirpis humanae et offensae

22 *cf.* Plin. Nat. hist. VIII 98 et XXV 89 23 *cf.* Dan. 4, 30 29 *cf.* Exod. 7—14

deest T, redit l. 37

Et. XVII 9, 36 illos ipsos *L* rursus *usque ad* institutam a domino *om. O* 23 exomologesim a domino *N* 25 septem exomologeses scalore inoperatus *O* 26 leoninum] aquilinum *Pam.* (*Rig., Oehl.*), modum] morem *Pam.* 27 aquilinum] leoninum *Pam.* (*Rig. Oehl.*), *sed falsam esse hanc verborum commutationem ex loco scripturae* (*LXX Daniel 4, 31*) *facile relucet; cf. Pacian. De paen. 9*: manus horrentes aquilas mentiuntur praeferentem *X F L V* Proh *O ubique* maletractionis *Rig., nescio an recte, cf. Thes. l. L. VIII 178; at cf. De pud. 13* (*244, 25*), *Sen. Exc. contr. III 7, Quintil. Inst. VII 3, 2, Pacian. De paen. 9 fin.* 28 felicitatem *O, om. N R X F L V; cf. Pacian. l. c.*: quem horrebant homines, deus recipiebat, ipsa illa malae tractationis calamitate felicem ℘ horrebant *X* 29 qui *om. O* 30 in *om. O* proelium R^3 *vulgo* 31 tot *om. O* dei populo V^2, populo ⟨dei⟩ *Preuschen* 32 lucebat *O*, liquebat *Scal.* perit *O N R X F*, periit *L V* 34 Quid *usque ad* cum sim *om. O* ego NR^3, ergo $R^1 X F L V$ 35 plancis R^2 *Rig.*, plane $N R^1 X F L V$, Pharis R^3; *cf. cap. 4 in.* 36 nec ulli] Ego vero nulli *O* 37 facile] *hic redit T* 38 et offensae *O N R X F L V*, ex offensa (*sed* ex *in ras. a m. 2*) *T*

in dominum princeps Adam exomologesi restitutus in paradisum suum non tacet!

40 *cf.* Sap. 10, 1. 2 (?). Vita Adae et Euae 40

39 exomologesi R^3, ex omologesi *T*, exomologesim NR^1XFLV, exomologesin *O* 40 suum *del. Iun.* de penitentia explic̄ *T*, TERTVLLIANI DE PENITENTIA EXPLICIT *N*, EXPLICIT LIB̄ TERTVLLIANI DE PENITENTIA *F*, Quinti septimi florentis. Tertulliani de poenitentia liber finit *L*, explicit liber Tertulliani de penitentia *V*; *subscriptio in O et X deest.*